



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

Liber septimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

B. VI.
lia omnia
s regionis
ad easqua
rias, inue
tentatio
Deo dilec
tate nobis
ionibus, ac
enium, sed
entes quid
evident
e omnia in
praevenia
, & fatus
obis perm
omina no
re & sp
uum,

COLLATIONVM
SACRARVM LIBER
SEPTIMVS.

709

DE VETERIBVS ET
NEOTERICIS HAERETICIS.
& quæ circa illos miranda
contigerunt.

Gregorius Episcopus Turonensis in historia Franc
um lib. 2. cap. 3. De Cirola Arianorum Episcopo,
qui egerrime ferens Catholicos Episcopos virtuti
bus & miraculis clarebat, ipse hominem quendam
recio induxit, res cecitatem simulareret, & tandem
ex complicito invocata ope & religione Cirolæ vi
sum reciperet, qui à Deo & oculorum dolore &
excitate percussus est & tandem beneficio Catho
licorum Episcoporum restitutus.

CAP. PRIMVM.

HEmporibus Arianorum sub
Honorico Christianorum Ca
tholicorum persecutore, Ci
rola quidam Arianorum E
piscopus, haereticorum tunc
maximus habebatur assertor.
Cumque ad persequendum Christianos rex
per diuersa transmitteret, sanctum Eugenium
Episcopum, virum inenarrabili sanctitate, qui
Gg 6 tunc

COL

710 COLLATION. SACRARI
tunc ferebatur magna prudentia esse, in sub-
urbano ciuitatis suæ reperit persecutor. Du-
ctus itaque sanctus Eugenius ad regem cum
illo Arianorum episcopo pro fide Catholica
decertauit. Cumque eum de sancta Trinitate
mysterio potentissime deuicisset, & insuper
multas per eum virtutes Christus ostenderet,
in maiorem insaniam idem Episcopus ini-
dia inflammante succeditur. Erant enim tan-
temporis eum sancto Eugenio viri prudens-
simi atque sanctissimi, Vindemnalis, & Loo-
ginus episcopi pares gradu, & virtute non im-
pares. Nam sanctus Vindemnalis eo tempore
ferebatur mortuum suscitasse. Longinus ve-
tem multis infirmis salutem tribuit. Eugenius
quoque non solum visibilium oculorum ex-
citatem, sed etiam mentium depellbat. Quod
cernens ille nequam Arianorum Episcopus,
vocatum ad se quedam hominem, ab illo quo
ipse viuebat errore deceptum, ait: Non patet,
quod hi Episcopi multa in populo signa de-
promunt, illosque cuncti me neglecto sequan-
tur. Acquiesce nunc his quæ præcipio, & ac-
ceptis quinquaginta aureis, sede in platea per-
quam nobis est transitus, & manum superchan-
gos oculos ponens, me prætereunte cum teli-
quis exclama in magna virtute, dices: Te bea-
tissime Cirola, nostræ religionis antisles, de-
precor, ut respiciens manifestè gloriam ac vir-
tutem tuam, ut oculos meos aperiens, metas
lucem

lucem videre, quam perdidit. Qui iussa com-
pens, residensque in platea, transeunte hære-
tico, cum sanctis Dei, iste qui Deum irridere
negabat, exclamat in magna virtute dicens
audi me beatissime Cirola: audi me sancte
lecerdos Dei, respice cœcitatem meam, expe-
tar ego medicamenta, quæ sæpe cœci reliqui
temeruerunt, quæ leprosi experti sunt, quæ
post etiam mortui persenserunt. Adiuro te per
ipsam virtutem quam habes, ut mihi deside-
ratam restituas lucem, quia graui sum cœcita-
te percussus. Veritatem enim nesciens, verum
dicebat, quia cœcauerat eum cupiditas, & vir-
tutem DEI omnipotentis irridere per pecu-
niam aestimabat. Tunc hæreticorum Episco-
pus paululus se diuertit, quasi in virtute trium-
phantus, elatus vanitate atque superbia, po-
suit manum suam super oculos dicens: Se-
cundum fidem nostram, qua recte Deum cre-
dimus, aperiantur oculi tui. Et mox ut hoc
testas erupit, risus mutatur in planctum, & do-
lus episcopi est patefactus in publico. Nam
tantus dolor oculos miseri illius inuasit, ut eos
digitis vix comprimeret, ne creparent. Deni-
que clamare coepit miser, ac dicere: Væ mihi
miser, quia seductus sum ab inimico legis
divine. Væ mihi, quia DEM per pecu-
niam irridere volui, & quinquaginta aureos
acepsi, ut hoc facinus perpetrarem. Ad episco-
pum autem aiebat: Ecce aurum tuum, redde

Gg 7 lumen

lumen meum, quod dolo tuo perdidisti. Vosque
 rogo glorioissimi Christiani, ne despiciatis
 miserum, sed velociter succurrите pereenti. Ve-
 re enim cognoui, quia Deus non irideat.
 Tunc sancti Dei misericordia moti, si, iacuit,
 credis, omnia possibilia sunt credenti. At ille
 clamabat voce magna: Qui non crediderit,
 Christum filium Dei & Spiritum sanctum;
 quem habere substantiam atque deitatem
 cum Deo patre, hodie quæ ego perfero, pa-
 tur. Et adiecit, credo Deum patrem omni-
 potentem, credo filium Dei Christum Iesum
 & quemam patri, credo Spiritum sanctum patrem
 & filio consubstantialem atque coextensem.
 Hæc illi audientes, & se inuicem honore ma-
 tuo præuenientes, oritur inter eos sancta con-
 tentio, quis oculis eius signum beatitudinis
 imponeret. Vindemialis vero ac Longinus
 Eugenius, ille autem econtra eos exorat, ut
 manus imponerent ei. Quod cum fecisset,
 & manus suas super caput eius tencrem, san-
 ctus Eugenius crucem super oculos ceci faci-
 ens, ait: In nomine patris & filii & Spiritus
 sancti veri Dei, quem trinum in una quali-
 tate atque omnipotencia confitemur, apre-
 antur oculi tui. Et statim ablato dolore ad pri-
 stinam rediit sanitatem. Manifestissime au-
 tem patuit per huius cœcitatatem, qualiter ha-
 zeticorum episcopus oculos cordium misero
 assertionis suæ yclabat amictu, ne veram fa-
 ciat.

ten illi liceret fidei oculis contemplari. O mi-
num, qui non ingressus per ianuam, id est
per Christum, qui est ianua vera, lupus magis
regi quam custos effectus est, pacem fidei
nam credentium cordibus debuerat accede-
re, prauitate cordis sui conabatur extingueare.
Iuncti vero Dei alia signa in populis multa se-
ment, & erat vox una populi dicentis, Verus
Deus pater, verus filius, verus Deus spiritus
sanctus, una fide colendus, uno timore metu-
endus, eodemque honore venerandus. Nam que
Cirola adserit, falsa esse cunctis est manifestum.
Videns autem Honoricus rex effectiones suas
per sanctorum fidem gloriosam taliter denu-
dati, nec erigi sectam erroris, sed potius de-
fini, fraudemque pontificis sui in hoc scelere
fuisse detectam, sanctos Dei post multa tor-
menta, post equulcos, post flaminas, post vngu-
las iussit interfici. Beatum autem Eugenium
decollari iussit, sub ea specie, ut si in ea hora
quæ ensis super cervicem eius incumbebat, no
nō tenueretur ad hæreticorum sectam, occide-
re, ne cum pro martyre excoletur Christi,
sed exsilio damnaretur quod ita factum
esse manifestum est. Nam cum imminente
morte interrogatus fuisset, si mori pro fide
Catholica destinaret, respondit: Hæc enim est
sempiterna vita, pro iustitia mori. Tunc sus-
pensus gladio, apud Albigensem Galliarum
victo, exsilio deputatus est, ubi & finem vitæ

præ-

714 COLLATION. SACRA.

præsentis fecit. Ad cuius nunc sepulchrum
multæ virtutes creberimè ostenduntur. San-
ctum verò Vindemialem gladio percuti pre-
cepit, quod & impletum est in hoc cenam
ne. Octauianus vero Archidiaconus, & multa
millia virorum ac mulierum hanc fidem ad-
ferentium interempta atque debilitata sunt.
Sed præ amore gloriae, nihil erant haec suppli-
cia confessoribus sanctis, qui in paucis vexatis,
in multis bene se nouerant disponendas, iuxta
illud Apostoli: Quia non sunt condigne solu-
tiones huius temporis ad futurā gloriam, que
reuelatur in sanctis. Multi tunc errantes ab
accipientes diuitias, inseruerunt se doloribus
multis. In felix autem quidam Episcopus no-
mine Reuocatus, eo tempore est reuocatus à
fide Catholica. Tunc & Sol teter appauit, ita
ut vix ab eo pars vel tertia cluceret, credo nam
que pro tantis sceleribus & effusione sanguis
innocētis. Honorius verò post tantum sa-
cinos, arreptus à dæmonе, qui diu de sanctis
sanguine pastus fuerat, propriis se mortibus
laniabat, in quo etiam cruciatus, vitam indi-
gnam iusta morte finiuit.

Gregorius Turonensis libr. de gloria Confessorum cap.

12. & 13. De quidam episcopo hereticorum, qui ad
ornata fraude hominē illuminare voleret, excruciat.

CAP. II.

CV Mth Leuvidus Rex tanta miracula per-
scrutos Dei, qui nostræ religionis erant,

fieri

ORAR.
sepulchrum
dantur San-
petri prae-
nec ceraun-
us, & nulla
ac fidem ad-
ilitata sunt
hæc suppli-
cucis vexat,
endas, ju-
digna pos-
oniam que
rantes abe-
re dolonibus
is episcopus na-
re uocatus à
apparuit, na-
credo nam
one sanguis
tantum te
e sanctiori
e mortibus
iram in di-
fforante
am, qui di-
excavati
racula per
nis crants
fieri

LIBER VII. 715

sciri cerneret, vocavit unū episcoporum suum, dixitque secretus ad eum: Quam obrem nos, vestiti qui se Christianos dicunt, non ostendis signa in populos secundum fidem vestram? Dicit ei Episcopus: Sæpius ego cœcis lumina reddidi, & surdis auditum, nunc autem haec solum facere, quæ dicis. Et vocato ad se uno hæreticis, clanculo ait ad eum, Accipe quæginta aureos, & clausis oculis reside in loco, unde nobis est transitus, & prætereunte meum rege, exclama in virtute, ut perditum lumen mea tibi credulitate restituam. Cumque hic accepta pecunia fecisset, quod fuerat imperatum, procedit nouus Cirola regis ad determinam, constipatus hæreticorum ceterua, excludat & iste cœcatus pecunia, ut fide episcopi precipiceret oculos suos. At iste cum non minima arrogancia imponens manus super oculos eius, ait. Secundum fidem meam fiat tibi. Hec eo dicente, ita obserati sunt oculi hominis cum dolore, ut non solum visum perderet, verum etiam dolum, quem avaritia impellens refinxerat, publicaret.

Ex vita Ioannis Caluini cap. 13. per Hieronymum Bol.
secum medicum Lugdunensem conscripta quodmo-
do Ioannes Calvinus quendam Bruleum Ostunensem
promisit vita subdiliis induxit, ut mortuum se si-
mulareret, qui tandem cum ex cōpositio per Caluinum re-
suscitatus esset, divina raptione percussus, verè mor-
tem apparuit. Idem testatur Laur. Sur. in cōmentariis
Chro-

Chronicis. Memini & ego me adolescentem, huc
re ad parentem meum Matthiam Bredenbuthum
literas à viris grauissimis datas.

CAP. III.

BRULLEUS OSTUNO. Geneuam vigentis illit
religionis studiosus demigrat, & cum id
ops esset, atque pauper, vterque ipse & vox,
Caluini gratiam auctorabantur, ut ei commen
dati peculij pauperum, cuius ipse loculos ge
staba, eleemosynarumque fierent participes.
Eis Caluinus vita subsidia benigne pollic
tur, aliisque in rebus se adiutorium promittit,
si ipsi contra, suam operam sibi non negant
ad rem quādam, quam per eos fieri vellent, &
opus esse fide & magna taciturnitate. Vnde
sim autē illi ad hoc, quod iubere vellent, pro
prios se offerunt. Et quemadmodum a Calu
no edo. Iesus, instructusq; fuerat misericordia
Iesus, morbum simulat, & se in lectum abicit.
Ministri pro concione populo commendant
ut precibus iuuarent, eleemosynas pauperi
succurrerent. Non diu post personam magistrorum
induit, & quidem mortuum se simulat. Hic
Caluinus clā admonitus, quasi tamē omnium
rerum ignarus, deambulatum prodit, sed co
mitatus pro more suo magna ceterua amico
rum, qui ipsi singulariter cōiuncti, & summe
intimi essent, sine quibus vix pedum domo
effrebat. Postquam autem eō ventum est,
ubi clamores & ciulatus vox, que miscellam
& do

CRAR.
fsciente, huc de
redenbachiam
vigenis illie
t, & cum in
siple & vxor,
ei commen
e loculos ge
t participe
g nō pollic
n promiss,
on negant
ni vellet, sed
tate. Vix
ellet, pomm
um a Calu
ser die Brad
tum abduc
venendam,
s paupentia
iam maiori
nular. Hinc
nē omnium
dit, sed ob
rua amico
, & summe
dum domo
ntum esset,
e misellam
& do

LIBER VII.

719

li desolatam aliquam mulierem egregiè ex
imbat, exaudiret, quidnam hoc esset sciendi
us, domum ingreditur, ubi in genua ipse, &
inqua ceterua prouoluitur, precibusque alta
voe profusis, Deum obtestatur, parentiam
non vt declarare, & mortuo huic vitam re
movere, gloriamque suam sic vniuerso popu
lo declarare vellet, simulque manifestum fa
ctum, se Caluinum peculiarem sibiique gratum
essum esset, & se ad Euangeliū sui ministeriū,
scelitæ reformationem, singulariter & verè
notatum. Post quas preces ad mortuū appro
xiugat, & miseri hominis manu apprehensa,
in Dei & filij eius Domini nostri Iesu Christi
nomine imperat, vt se erigeret. Deinde sic gra
tum manifestam ficeret. Repetit iterum sæ
psumque eosdem sermones voce etiam altius
deuata. Quid sit? neque audit, neq; loquitur,
neque se commouet mortuus: iusto enim iu
dicio, qui fucos mendaciaque detestatur, is
qui se mortuum simulabat, verè esse mortuus
repertus est: & vxor, quicquid eum agitaret,
quomodo cunque eum impelleret, neque vo
cem extorquere, neque vt se commoueret, ef
ficere potuit, sed totus frigebat, rigebat totus.
Quo animaducto plorare, v lulatus serio ede
re, & ex animo cepit vxor, & in Caluinum
inacta, impostorem eum, sicarium, latrone,
qui maritum interemisset, appellans, ex ordi
nem, quomodo erat gesta, clata, altaq; voce
expo-



718 COLLATION. SACRAR.
exposuit. Quæ cum neque admonitionibus
vllis permoueri, neque minis satis terri pol-
set, vt taceret, Caluinus apud maritum man-
tuum ea relicta, illinc se subduxit, in vulga
spargens mœrore mariti obitu deliram, ideo
que excusandam, & hoc illi indulgedum effe-
Ceratum hoc est conuentum cum ea deinde,
vibe vt excederet, & est ipsa Ostunum reu-
sa, nupsitque postea ministro, quem Coudire
vocabant.

D. VVilhelmus Lindanus Dialogo 3 ſuā Dedi-
ca. I. & Alanus Copus Dialogo 6 cap. 29. Da
dam concionatore Euangelico in Polonia qui
pendio quendam Matthæum nomine indecim v. e
mortuum simularet, quem concionator volebat
fictum miraculum excitare, mortuum inuenit.

CAP. IV.

V Erum vtvt ſeſe habeat illud celebratum
toto orbe Caluini miraculum, hoc ubi
pro vero affirmo, haud ita pridem in Polonia
non longè à Cracouia pago Biełzaz, anno
Domini 1558. vii habet Alanus Copus quidam
ſuisse tentatum ſimile, vii doctissimus vii D.
Franciscus Turrianus lib. 1. dogmat. Charr.
verbi Dei recenset.

Concionator enim ſui Euāgeliij gratia con-
firmandi quendam Matthæum certo condu-
xit ſtipendio, qui ſeſe mortuum simularet, at-
que ad clamantis vocem eū morenus ſelut
geret. Illum fereto inclufum ad templum de-
ducit.

LIBER. VII.

719

onitionibus
s terti pol
anitum mon
t, in vulgo
elitam, ideo
gēdūm esse
ea deinde,
num reuer
m Couldre
sui Dakum
p 29. De ob
olonta, pug
e induit, M
or redens pe
n insenit.

celebratum
um, hoc ubi
in Polonia
lizac, anno
) quiddam
imus yr. D.
at. Chalact.
gratia car
ito cond
mularer, ac
tus refini
implum de
ducit

oī vīor, artificij nefarij conscia, funus fle
st eūlātu prosequitur. Ille vbi satis de suo
mo Euangeliō tonasset, Surge (inquit) Mat
thæs in nomine Christi, cuius Euangeliū præ
mo. Cum Matthæus non surgeret, ille incla
malius, vt somnium forte excuteret. Vbi
tina exsurgeret Matthæus, itur ad feretrum,
negrit velata facies, & reuera deprehendi
mortuus, qui se se tanto aliorum periculo
bonum, atque à mortuis in vitam reuoca
simulare voluerat. Mox vīor, quē lamen
t & lachrymas nuper finixerat, nunc verè la
tebris, vocibus, ac tantum non pugnis in
concionatorem illum, non pastorem, sed im
postorem inuecta, suo malo isti nouo fidem
abutit Euangeliō.

Sic per Hollandiam Anabaptistarum quen
dam simulasse mutatę in vinum aquæ, capto
am item pisces, quos paulò ante in puteum
nigerrat, miraculum notius est, imò vt qui
dam auunt ex actis publicis demonstrari posse,
nam vt sit verbosius referendum. Plurima
noque de Georgio Dauidis audiui ab ocul
i testibus, quæ conceptam passim de co ma
pro opinionem mirifice confirment. Hacte
nus Lindanus.

Vide obsecro Christiane lector, quam ver
iam olim dixerit Tertullianus (*in lib. de pre
cipi hereticorum:*) Agnosco, inquit, maximam
inutem hæreticorum, qua Apostolos in per
uersum

720 COLLATION. SACRARI
versum a mulantur. Illi enim de mortuis
uos suscitabant, isti de viuis mortuos faciunt.
Lauren. Surius in comment. Chronic. & Wilhelmi
Lindanus Dialog. 3. cap. 1. Dubitanus. Luther
mortuum ex citare conatur, sed frustra. Idem Petrus
chronius Monothetica in Synodo sexta canit. &
frustra.

CAP. V.

Quoniam miraculo Lutherus sese suis aus
Prophetam aut Eliā probauent, nōdem
liquet, nīsi quod VVilhelmu Nefenum in al-
bi submersum vanis immurmurationibus
miraculi in vitam reuocare frustra tentau-
De Polychronio hæretico Monothetico
mīle quiddam refert Alanus Copes, (Dialog.
6. cap. 29.) ex act. 15. sexti Concilij Ecumeni-
cici. Veterator, inquit, suo respondens nomi-
ni Polychronius, ausus est ad confirmationem
sectæ suæ, vtrō apud sextam Ecumenicam
Synodus in Trullo polliceri, se mortuum
ræ redditurum. Non ita multo post allata-
dauere virtutis suæ specimen editurus com-
diu frustra mortuum ad vitam reuocare con-
tasset, ab omni concione ut vanissimum abu-
lo explosus est, nec tamen errorem depone-
voluit. Refert & Paulus diaconus (Lib. vii. ter-
rum. Rom.) mirabiles Iconomachorum fia-
des, quibus illi hæresin suam & impietatem
Constantini Copronymi stabilire conatus.
Ait enim, quosdam ex illis clam in imperie
sequi.

CRAR.
e mortuis
uos faciunt
er. Vrthelma
nij. Luther
tra. adem Pe
ta tenuis, sc
se suis au
ent, nēdam
enun. in d
ationibus p
tra tenuit
nochieratu
pus. (Dialo
ij Ecum
ndens. comi
fimationem
cumeniam
portuum v
ost allapo
titurum cum
euocare tra
sumus acou
m deponit
(Lib. danc
orum seu
implicatam
concursum,
n imperiale
sepulc

LIBER VII. 721

gulchrum se proripuisse, & (quasi à mortuo vox prolata fuisset) magnis laudibus Continuum Copronymum extulisse, ut eo cōtero hæresin illam, quæ in imagines grassauit, populo plausibilem redderet.

Ab hereticis igitur nulla vera miracula exspectanda, sed à solis Catholicis. Enim quod pro confirmatione sui erroris p̄tare non potuerunt Polychronius & alij hæretici, hoc pio Catholica fide confirmanda sequens praetiterunt in mortuis ad vitam reuocandis beati Confessores & Martyres. Inter quos Macarius in Aegypto ad hæresin Euno-
mij refutandam, defunctum à morte excita-
uit, clandestinam fugam meditante heretico,
non id se quoque facturum iactauerat, vt infra
referemus. (Cassia. collat. 15 ca. 3. & Niceph. lib. 9.
10. 14.)

D. Vrthelmus Lindanus Dialogo. 3 cap. 1. Dubitan-
tij. De miraculis Davidis Georgij & Anabapti-
storum Monasteriensium, quodque homines idio-
te apud Anabaptistas literas calleant, respiscen-
tes, denō vi antea, sint idiotæ, & literarum i-
gnari.

CAP. VI.

Auidem Georgium ob artes magicas
malè passim audire notissimum est. No-
menim, qui vbi impiam eius doctrinam abo-
minati ad Catholicam redirent Ecclesiam, se-
le libi periusissimum habere dicerebant, fuisse

PRIM

722 COLLATION. SACRAR.
præstigiis delusos: vt nobis cum lachrymis
minimè simulatis deplorabant. Cæterum de
Monasteriensibus illis Anabaptiis certo certius est, conatos fuisse simulata sanguinis plu-
via aliisq; imposturis suum confirmare pœ-
doeuangelium. Eo autem insanæ quodam
Tiguri fuisse redactos testatur Bullinger, ve
sibi dona linguarum polliceri à parte cœlesti
non dubitarent, sed eos vanissima illusio, nes-
sicuti & per Hollandiam nouum manu de
cœlo exspectantes Adamitas. Illud tamen in-
tactum præterire non possum, ex fide digni-
me audisse tam efficacem fuisse Sathanæ in
Anabaptistas imposturam, vt simulato quid
miraculo, dum sese illi fanaticæ factione
uouerent, sacra possent légere, quod ante ne-
norant, neque didicerant. Sed si ab illis re-
piscant etiā reuulsi, præstigijs, vna cum anima
pœnitentia perit & legendi scientia. Evidem
istud diu pro fabuloso habui, donec apud Ha-
lemen. vir Catholicus N. minimè ignotus na-
vabatur suam vxorem, vbi vi ad cubiculum
perrupisset (in quo expanso capillito inter
fratres sedebat Anabaptismum suscepturn) vi
extraxisse legentem nescio quæ ipso rummy-
steria: quam domi cùm moneret, vt aliquid
legeret, illa sese ne literas quidem amplius no-
uisce respondit. Simile & Louaniæ de iuuen-
la quadam ab Anabaptismo resipiente iam
pridem me frequenter audiisse recolo.

Capit.

CRAR.
n lachrymī
Ceterum de
dis cenoct
inguinis ple
firmareple
iae quoddam
Bullinger, ve
patre calcelli
a illius ipso,
n manna de
ud tamen in
x fide digna
e Sathanas in
nulato que
factioni de
od ante nego
i ab illis sel
a cum anima
ia. Evidet
ec apud Huc
ignotus in
cubiculum
illino iore
Sceptrum vi
orum my
t, vt adiquid
amplius co
deinuocu
sificentiam
olo.
Capit.

Liber VII.

723

tefamus Collation. 15. cap. 3. & Niceph. Callist. lib.
9 cap. 14. histor. Ecclesiast. Macarius in A Egypto
iheresin Eunomij refutandam, defunctionem mor
texicat, Eunomiano quodam hæretico, qui idem
suffurum iactauerat. fugam arripiente.

CAP. VII.

Vm hereticus quidam, qui Eunomij per
fidiam sectabatur, sinceritatem Catholi
cæsi arte dialectica subuertere conaretur,
magnamque iam hominum multitudinē de
spicit, rogatus à Catholicis viris, qui ruina
subuersio[n]is grauissimè mouebantur,
Macarius, vt simplicitatem totius A Egypti
infidelitatis naufragio liberaret, aduenit.
Quem cum hæreticus, arte dialectica fuisse
vires, & Aristotelicis ignorantem spi
cias velle abducere, B. Macarius Apostolica
multiloquium eius breuitate concludens,
Non est, inquit, in verbo regnum Dei, sed in
vite. Eamus igitur ad sepulchra, & nomen
Domini super mortuum, qui primus inuen
tu fuerit inuocemus, ac sicut scriptum est,
Abendamus ex operibus fidem nostram, vt
manifestissimè restæ fidei documenta eius te
timonio declarentur, & perspicuam verita
tem non inani disputatione verborum, sed
virtute signorum, & illo quod nō potest falli
iudicio comprobemus. Quo audito, hæreti
cus coram circumstanti plebe pudore constri
nitus

H h ctus

724 COLLATION. SACRARIUS, cùm ad præsens præbere se conditionem propositæ simulasset assensum, seque affutrum in crastinum promisisset, postero die expectantibus vniuersis, qui studiosus ad conditum locum, spectaculi huius cupiditate, confluxerant, exterritus de conscientia in infidelitatis aufugit, ac protinus ab vniuersitate Aegypto transmigravit. Quem cùm B. Macarius usque ad horam nonam cum populis parolatus pro sua conscientia declinante uoluerat, assumes plebem, qua ab illo fuerat depauperata, ad condita sepulchra perexit. Hunc autem Aegyptiis morem Nili fluminis invexit alueus, vt quoniam vniuersa illius latitudine terræ instar immensi pelagi, non paro angitur, ita vt nulla tunc cuiquam humandæ copia humani corporis tribuatur: nisi post transvectionem decursam corpora mortuum pigmentis condita redolentibus in editioribus cellis recondantur. Nam madens arcet officium. Si qua enim cadavera defolligatur antiquissimo cuomere, ad superficiem suam inundationum nimietate compellitur. Cum igitur adstitisse, ait: O homo, si venissem hæreticus ille, filius perditionis, & adstante ipso nomen Christi Dei me inuocans excommunicationem, virum ne coram his, qui penè eius fuerant

R.A.R.
conditioni
que assuru-
ero die ex-
sus ad con-
cupideat,
etiam in infi-
niueſia AE-
B. Macarius
opulis naz-
inialis vidi-
uerat depa-
rexit. Hanc
minis ince-
illius hum-
on paruo an-
tatione conte-
m humandi
r: nū poff-
ora momo-
ribus in ed-
mādem c-
m, humandi
uera defolia
em suam in-
it. Cum i-
i B. Macarius
huc mecum
& adstante
ocans excla-
ui penē eius
fuerat

LIBER VII. 723
luerant fraude subuersi, surrecturus fuisset, e-
dicto. Tum ille consurgens annuentis voce
respondit. Quem interrogans Abbas Macari-
us quidnam fuisset aliquando cum frueretur
in vita, vel qua hominum fuisset ætate, aut
nomen Christi tunc temporis cognouisset?
se sub antiquissimis regibus vixisse respon-
s. Christique nomen afferuit illis se nec au-
ille temporibus. Cui rursus Abbas Macari-
us. Dormi, inquit, in pace cum cæteris in tuo
indine, à Christo in fine temporum suscitan-
tus. Hæc igitur eius virtus & gratia quantum
ipso fuit, semper fortasse latuisset, nisi cum
acceditas totius prouincię periclitantis, & er-
CHRISTVM plena deuotio amórumque
interius, istud exercere miraculum compulsi-
l. Quod vtique vt ab eo fieret, non ostenta-
tio gloriae, sed charitas Christi, & totius plebis
mosis utilitas, vt beatum quoque Heliam
Regum lectio manifestat, qui ignem
de celo super hostias impositas, purè idcirco
descendere postulauit, vt periclitantem Pseu-
doprophetarum præstigijs fidem totius po-
puli liberaret.

Amphilochius in vita D. Basiliij Magni. (De hoc Am-
philochio vide Niceph. Callist. lib. II. cap. 20.) que-
batur in Laurent, Surio Calend. Ianuarij. Quog-
modo Valentis Imper. Arianii filium infirmum Ba-
silium curauerit, Arianis verò postea enndē curare
volentibus, idem mortuus sit.

H 2 CAP.

V Alens Imperator Arianis consentiens,
& Basilium Magnum à Catholica reli-
gione in suam sententiam pertrahere non va-
lens, Basilium in exiliū relegare statuit, quod
decretum literis mandare volens, tres cala-
mos frustrā collisit, nolentes eius iussioni in-
seruire. Tandem cum multis modis fidem Ba-
silij sollicitaret Imperator, nec quicquam pro-
ficeret, furore ardens, cogitabat quā illum
morte afficeret. Et ecce filius eius Gaius
morro corripitur, & à medicis vita cùm de-
speratur. Mater autem Imperatori resiliens,
dixit: Malè disposuisti ea quā à Deo sunt, &
ecce puer moritur propter illatam sacerdotii
Dei iniuriam. Quibus auditis, Valens advo-
cavit, Basilium, eiq; dicit: Si vera sunt, Deoque gra-
ta dogmata tua, precibus tuis filij meū & gaudi-
dinem depelle. Cui Basilius, Si amplexans, in-
quit, Imperator orthodoxam fidem, & Eccle-
siæ restituitur unitas & concordia, filius tuus
viuet. Imperatore id promittente, Basilus sine
mora pueri morbum releuauit. At praua sen-
tentia episcopi suam non ferentes ignominia,
si non victoria potirentur, persuauerunt Im-
perator, ne de sua opinione decederet, sed ip-
orum religioni subscriberet, atq; ita periplos
puerum sanatū iri. Sed continuò in illorū ma-
nibus puer spiritum reddidit. Vedit huc De-
fensor, & postea ad Valentianum Impera-
torum

torem retulit de Basili virtutibus : quas ille admirans glorificabat Deum, per ipsum Defensorem multam illi largiens pecuniam in suis egenorum. Basilius autem Imperatoris magnifica dona recipiēs, extruxit domos hospitalis languentium, siue nosocomia, tum in urbe, tum in quaque prouincia præfeturæ, in refectionem ægrotorum : in iisque condidit grandem virorum, mulierum, puerorum multitudinem, curam illorum gerens, & tribuēs, quæ ad illos reficiendos pertinerent. Iis vero cognitis, Imperator multa cōtulit ad illorum sustentationem, Christi sacerdotem haud seclus atque parentem colens.

D. Gregorius Magnus libr. 3. Dialogor. cap. 29 De Episcopo quodam Ariano, qui cūm Ecclesiam peteret quam suo errori dedicaret, naganamque illam sibi irrumpere vellet, cœcitate percussus est.

CAP. IX.

Vn ad Spoletanam urbem Longobardorum Episcopus, scilicet Arianus veniſcit, & locum illic ubi solennia sua ageret non haberet, cœpit ab eius ciuitatis episcopo Ecclesiam petere, quam suo errori dedicaret. Quod cūm valde Episcopus negaret, idē qui venerat Arianus B. Pauli Apostoli Ecclesiam illic cominus sitam se die altero violenter institutum esse professus est. Quod eiusdem Ecclesiæ custos audiens festinus, cucurrit,

G g 5 Eccle-

728 COLLATION. SACRAR.

Ecclesiam clausit, seris muniuit. Facto autem vespere, lampades omnes extinxit, seque in interioribus abscondit. In ipso autem subiectis lucis crepusculo Arianus Episcopus collecta multitudine aduenit, clausas Ecclesiæ ianuas effringere paratus. Sed repente cuncte simul portæ diuinitus concusse abiecti longius seris apertæ sunt, atque cum magno sonitu omnia Ecclesiæ claustra patuerunt. Effuso de super lumine omnes, quæ existentia fuerant lampades accensæ sunt. Arianus vero Episcopus, qui vim facturus aduenerat, subita exitate percussus est atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam vltetius præmiserunt Catholica loca temerare. Mito enim modo res gesta est, ut quia ciudem Ariani causa lampades in Ecclesia B. Pauli fuerint extinctæ, uno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumen rediret.

Nicephorus Callistus lib. 15. cap. 4. & 5. Eccl. historiæ. De iudicio fidei Christianæ à Catholicis simul & hereticis, ad arbitrium martyrum Ephemæ defunctæ relato, quo per illustre miraculum heretica prænitute reiecta, orthodoxorum sententiam approbat.

C.A.P.

IN sacro S. martyris Euphemie^z delubro,
cum Synodus apud Chalcedonem contra
Diocorum & Eutycheten congregata esset,
magnoq; de duabus in Christo naturis dispu-
tatio excitata esset, (inexpugnabilis namq; &
contentionis maximè studiosa improbitas est)
spirituis sancto, & egregijs illis, qui conuenie-
rant viris placuit, ut decretum fidei in libello
describeretur, & controversiae iudicium atq;
decisio laudatissima martyri & virginis Eu-
phemie committeretur. A majoribus illa su-
is, ciuis & alumna vrbis Chalcedonensis fuit:
Sub impio autem Diocletiano, pro detestan-
ti cuiusdā praesidis tribunal consilens, Chri-
stum Deum esse, & Dei filium clara voce de-
precauit. Quapropter plurimis primum cra-
niatibus excarnificata, & bestijs tandem obie-
cta, certamine pro Christo peracto, coronam
cepit, & diuinum corpus eius integrum &
incorruptum assertuatū apud Ecclesiam Chal-
cedonensem marmoreo tumulo repositum
est, talia edens prodigia, qualia paulò ante cō-
memorauimus. Itaque immaculato, & sacro
corpori eius veluti sincero iudici, orthodoxi
& rectam sententiam obtinentes, simul & qui
alter opinarentur, fidei suæ arbitrium com-
mittentes, utrique seorsum fidei formulam
in libellum suum relatum, & chartam utram-
que clausulis ac sigillis obfirmatam, ad mar-

730 COLLATION. SACRARIIS
tyris pedes deposuere. Et nocte proxima pre-
cationibus consumpta, postridie venerunt, &
monumenti operculo remoto spectaculo no-
rum rectoque iudicio dignum conspexit.
Nam orthodoxorum recteque sententium lib-
bellus perquam tenaciter vietricis illius mar-
tyris manibus continebatur: alter autem tan-
quam res vana & nullius precij, temere ad pe-
des illius projectus iacebat. Postquam vero
post caelestem hunc calculum adhuc impa-
dientia contra veriorem fidem pugnaret, con-
demnatio amplius etiam ut valde legitima con-
firmata est: & qui decretis Synodi consentire
noluerunt, iij ignominiam & probrum a Deo
& hominibus sunt consecuti. Harens ipsum
dux Gangram exsul abductus est. Qui autem a
Dioscoro condemnati, proscriptaque fuerant
de Synodi sententia, & Imperatoris consule
revoocati sunt.

*Christianus Maffaeus lib. 20. Chronicorum. De qua
dam Henrico Lutherano Tornaci combusco, qui
sequenti nocte sociis in carcere totus ardenti
paruit.*

CAP. XI.

ANNO DOMINI 1528. 20 IULIJ, HERICUS QUI-
dam Lutheranus Tornaci combustus est.
Sequenti nocte sociis in carcere totus ardens
apparuit. Illis prae timore clamantibus, ait natus
ab errore cœlestis, mecum peribitis in eternum.
Excitatus clamore carcerarius, consules viris
adu-

CRAR.
proxima pro-
venerunt, &
et acutino-
conspexit
atentium li-
is illus mar-

r autem tan-
tem ad pe-
tquam vero
dhus impe-
gnate, co-
gitima co-
di conserne
brum Deo
ares ipsius
Qui autem
quesuerant
is coelata

De qua

ambibus, qu-

is ardenti

aduo-

erius qui-

bustus est.

tus ardens

bus, aitnisi

eternum,

iles viris

aduo-

LIBER VII.

734

iduocauit. Dicunt illis vinclis: Facite de nobis
quod volueritis, modo prius confiteamur, ne
cum Henrico pereamus.
*Historia Belli Liuonici, De horrendo obitu cuius-
dam Hermanni Lutherani, monachii apostatae.*

CAP. XII.

Erat Torpati circa annum Domini 1554.
quidā Lutheranæ doctrinæ præco, Her-
mannus, mirè versatus & facundus in abdu-
tis hominibus à Catholicismo ad Luthe-
anismum, annisque triginta summum ege-
re illius doctrinæ præconem. Hic pellione
Vittembergensi Lutherana dogmata primū
docente, monachus erat Minorita, iuuenis, at
pro stata in concessionibus non inexercitatus,
ceddit pellionē, offert illi suam in propagan-
da Lutheranis dogmatibus opem, monasti-
cum cucullum in publica concione abiectu-
rum. Pellio eum in cooperarium suscipit, ne-
gotiatores nouo habitu cum donant, virgi-
nem monasticam in vxorem adiungunt, præ-
ficitur vasis argenteis Ecclesiæ in usum pau-
perum custodiēdis. Pellione ex vrbe seceden-
te, paulatim magnam autoritatem apud o-
mnes sibi cōciliat, ut solus nobilium infantes
baptizaret. Magnam opum diuitiarūque vim
cogit, mercatur prædia, domos, agros, in li-
berorum subisdium: primaque atque itidem
secunda vxore demortua, tertia ducit. Verum
anno 1554. graui morbo contigit, & sex die-

H h 5 bus

732 COLLATION. SACRAR.
bus elapsis horrenda voce exclamat; se damnatum, nullam salutis consequenda spem relinquam, & quotquot isti voluptatia Lutherorum. sectæ sece dederant, damnationi obnoxios, atque ita toruo aspectu, & oculis horribiliter flammarum in modum lucentibus, desperabundus extremum spiritum exhalat, omnibus Christianis exemplum ac documentum relinquens, quam periculum sit ab Ecclesiae unitate ad nouas dolinas deficere.

*Laurentius Surius in Chronicis Anno 1544. Petrus Brulius concionator Sacramentarium Tornacum
mure fune dimissus, inopinatam Dei peccatum
vltionem.*

CAP. XIII.

Gallus quidam concionatur factione sacramentarius, nomine Petrus Brulius, Argentorato proficiscitur Tornacum, Nerviorum insigne oppidum: & primum apud Tornacenses, inde apud Insulanos Flandizum. Vbi Tornacum redit, ab amicis per murum fune dimittitur, sed caelesti eum vltione persequente, dum humi sedet, quidam submissa voce ex muro ei salutem precatur, simul saxo è muro resoluto sedentis crux perfringit. Tum miser ille dolorem crux & fagus hyemis (erat enim Nouemb. secunda dies) non ferens, voces dat lamentabiles; sicque seipsum

CRAR.
at, se damnata
dæ spem teli-
rie Luthere
annationis ob-
tu, & oratio-
num luctu-
spiritum ex-
emplum ac
m pericula-
nouas doctri-
o 1544. Petrus
ius Tornacensis
s Dei perfec-
r factio-
trus Brulius,
tacum, Nec-
cimum apud
os Flandriae
acramentari-
cicis permu-
cum vidente
quidam sub-
ecatur, arse-
is crux pec-
cruis & fi-
secunda di-
viles; si que-
le ipsum

LIBER VII.

733

loipsum prodit vigilibus, qui mox accurunt, & hominem in carcерem includunt. Non dia post flammis exuritur. Felicius è muro Paulus Apostolus olim clapsus, totum mundum Christi Euangelio compleuit: Idem conatus non desuit Brulio, sed longè dispar causa non eodem habuit succensus. Hanc historiam me mini me audiuisse Louanijs ex doctissimo vi-
to M. Leone Tornacensi, Theologo, anno 164. antequam Laurent. Surius sua Chronica euulgasset.

Hieronymus Bolsecus Medicus Lugdunensis in vita Ioannis Caluini cap. 22. De varijs morborum ge-
nerib, & horrenda morte Ioannis Caluini, hæ-
refiarche.

CAP. XIV.

A Dextremos, inquit, Caluini annos venia-
mus, quām varijs ante obitum morbis af-
fictus consumptusque fuerit. Scribit Beza
pyli, colica, asthmate seu respirande diffi-
cilitate, calculo, podagra, hæmorrhoidibus ve-
xatum fuisse, præter sibi familiarem hemicra-
niam & acres capitis dolores, quibus plerum-
que torquebatur. En tibi varia & diuersa, quæ
similis in ipsum inguerunt morborum gene-
ra, & cum quibus valde miserè per multos an-
nos, imò verò usque dum spiritum exhalaret,
conflictatus fuit, certum & expressum diui-
ne aduersus eum iræ iudicium ac testimo-
nium. Quod si quis multos etiam sanctos ho-

H h 6

mines

mines, dum in hac vita essent, dira multa, & in corpore, & in bonis perperlos, alleget, & de Iob satis cognitum omnibus exemplum proferat: Respōdebo, sic Deo visum fuisse, utramquam illustre patientiæ exemplum futurus, in bonis hic atque in corpore affigetur, sed ad fiduciam in nobis stabilitandam confirmandamque, nunquam se iustum, sibi exanimō ac verē fidentem, deserturum, omnibus eundem Iob calamitatibus liberarum, omni felicitate, & multis rursus magnisque munib⁹ cumulasse. Quod S. Iacobus. cap. 5. epilo-
la suæ canonicae pulchrit̄e in hæc verba exp-
cauit. Sufferentiam, inquiens, Iob auditis, & finem Domini vidistis, hoc est, exitum aucte-
finem, quem eius afflictioni Dominus impo-
suit: Et vidistis, inquit, quoniam misericordia
est Dominus & miserator. Quibus verbis sen-
tentias nobis Dauidis proponere, & in me-
moriā reuocare Apostolus voluisse videtur,
quaꝝ sunt 33 Psalmo, quibus suo exemplo ad
Deum laudandum, timendum, eiꝝ; fidendum,
cuius gratia & benignitate erga bonos, scerita
te erga malos proposita, inuitat: Oculi Domini,
inquiens, super iustos, & aures eius in pre-
ces corum. Vultus autē Domini super facien-
tes mala, ut perdat de terra memoria eorum.
Clamauerūt iusti, & Dominus exaudiuit eos,
& ex omnibus tribulationibus liberavit eos:
Iuxta est, Dominus his, qui tribulato sunt cor-

RAR.
a multa, &
teget, & de
plum pro
fesse, vitan
m futurus,
ffigetur,
am confit
sibi ex ani
, omnibus
rum, omni
que munc
cap. s. epilo
verba expi
auditis, &
itum atque
in usimpo
miseritos
verbis fe
, & in mo
ile viderat,
exemplar
fidentum,
os, seuerita
culi Domini
eius in pro
perficien
tia conum
adiuvit eos,
erant eos:
o sunt cor
de,

LIBER VII. 735

et, & humiles spiritu saluabit: Multæ tribula
tiones iustorum, & de his omnibus liberabit
n Dominus. Et sequitur: Mors peccatorum
peccata, & qui oderunt iustum, delinquent.
De prioris ad Corinthios epistolæ cap. 10. D.
Paulus Dei filiis & electis, si in hoc mundo in
stabilitates & miseras incidere ipsos contin
pt, certam liberationem felicemque exitum
promitti: Fidelis, inquiens Deus est, qui non
abiecerit vos tentari supra id, quod potestis,
id faciet cum temptatione prouentum, ut pos
satis sustinere. Sed ad Calvinum nostrum, &
id grauissimos eius, variosque morbos, qui
quis miserè ad extremum usque spiritum ex
muciatus fuit, reuertamur: quem prater eos,
quos Beza referente, commemorauimus, eo
quoque morbi genere afflictum constat, quo
vicio Dei iudicio quosdā manifestos & aper
tos Dei hostes, qui diuinum honorem atque
gloriā inuaserant, sibiique usurparant, vexa
tis punitoq; legimus is est pedicularis, nam
dehi vermes totum eius corpus peruerserunt,
at fetidissimo, ac virulentissimo ulcere circa
tienda, vermis has sic foedè ulceratas par
tes miserrimè corridentibus, percussus est.
Hic quondam Honorius secundus: VVanda
cam rex, postquam Ecclesiam orthodoxam
annos octo persecutus fuerat, pediculari tan
dem morbo consumptus est: Sic Arnulphus
Imperator, Caroli Crassi successor, magnus

H h 7

tcma-

temporum violator vastatorq; sic Maximus immanissimus Christianorum hostis. Se Antiochus Epiphanes homo summe nefarus, impius & magnus veterator, qui templo Hierosolymitano nefariè expilato ad se Dei contemptum, Iouis in illo simulachrum statuit, & erexit: sic crudelis Herodes, qui Innocentes pueros suscitulit, sibique Dei honorem & titulum usurpauit: sic inquam homines nefarij & scelerati à vermis corrosi, existimati sunt. Sic denum alij plures hypocrita Dei que hostes, qui praetextu & colore sanctissimi atque zeli assumpto, veritatem oppugnabant, iusto Dei iudicio & vindicta in hac vita à pediculis grauissime vexati, & à vermis misere corrosi, post longum & diuturnum cruciatum exterminati sunt, morteque exstincti, & post hanc in alteram illam longe miserrimam mortem ad æternas illas infernales poenas in perpetuum cruciandi, sunt praepediti. In quos illud Psalmista verissime quadrat: Duplici contritione afflixit illum. Quomodo sanè duplici consummatione Calvinus dici potest consumptus. Nam quicquid scribit Beza, quantumuis se illis, qui mortem eius impiè traductæ vitæ amplum fatis testimonium tulisse censem, opponat, & Calvinus filiorum Dei morte ex hac vita excessisse, contendat, verissimum tamen est, quod grauissimos dolores, & aspermos cruciatus, quibus

Dei in i
gruente
bus inu
mans, m
um vo
tabere
diem at
quam v
eadis
grauissi
grauco
circum
fusile e
visitari
Hieron
Stanis
da da
C A
fiti su
mium
tio pr
sum o
lectio
tame
labor
pote
tenui
diplo

CRAR.
sic Maxima-
m hoffis. sit
m me nefan-
qui tem-
oad veri Du-
lachnum Ita-
es, qui lanno-
Dei bonorum
homines ne-
osi, exiliatio-
pocrite De-
re sanctitatis
oppugna-
ta in hac vita
et à vermis
& diuturnum
teque exdim-
m longe mi-
tas infernales
sunt precipi-
erissimè qua-
i illum. Quo-
datione Calu-
am quicquid
qui mortem
m fatis refi-
, & Caluinū
cessuisse, con-
ad grauissi-
atus, quibus
Dei

LIBER VII. 737

Dei in illum seuera grauissimaque manu in-
guente excrucabatur, non ferens, dæmoni-
bus invocatis, iurans, exsecrans & blasphe-
mans, miser exspirauerit. Idcirkò neget, quan-
um volet Beza, negentque alij, satis sic se rem
libere exploratum est: imò hoc etiam, quòd
sem atque horam detestatus sit & exsecrāit,
quam vñquam studijs vel scriptiōnibus im-
pendisset, cùm ex ylceribus totoque corpore
paucissimi sc̄ctores emanarunt, ob quorum
gaueolentiam & sibi ipsi grauis, &, quæ eum
circumstabat, familiæ erat. Quam' cauſam
fuisse etiam hi eius domestici narrarūt, quod
visitari se nollet.

Hieronymus Bolsecus, eodem libr. & cap. De incon-
stancia Caluini in sua doctrina, miris q̄ in ea variis
da dolis ac technis.

C A P. XV.

CAETERUM Theodorus Beza aliud quid
recitat, quod ad magnum etiam magi-
stri sui, amici atque parentis, Caluini Enco-
mium & honorem pertinuisse censem, id silen-
tio preterire non debet, scilicet, cum per mor-
bum domi detineretur, & idcirkò conciones
actionesq; necessariò intermitteret, otiosum
tamen minimè desedisse, sed domi etiam suæ
labori sedulò incubuisse, & eo quidem tem-
pore postremam suam Institutionē latinam
simul & gallicam, & auspicatam, & absolutam
ibipso esse. Vbi non erit absonum, si quis Be-

738

738 COLLATION. SACRAR.
zam in terroget, quænam illa fuerit poltema
Institutio ab ipso tum cœpta & absolu-
ta. Non enim est nobis nisi prima illa conspecta,
quam diu ante & composuerat, & in lucem
emiserat. Quæ si tam erat bene, adeoque ab-
soluta facta scriptaque, nihil ut in ea deside-
raretur, quod fuerit operæ pretium, non est tan-
dem formare & reformare? En tibi autem in
aperto mendacio deprehensus teneat, quo
affirmauerat, magistrum suum, & parentem
Caluinum ita extremitate & absolute doctrinæ
fuisse, nunquam ut sententiam aut dogmalem
prolatum aut scriptum tractauerit, contemn-
que. Cæterum astum Caluini considera, re-
prehensus quippe & haereses notatus ab his,
qui in eius institutionibus prima & secunda
editionis, crassos, eius errores falsos, senten-
tias multas offenderant, ipse errores in libris
suis admissos, primum corrigebat, actum, sup-
pressis prioribus exemplaribus, & alius in lu-
cem editis nouis, illos, à quibus erat reproba-
sus, quive censura interposita, erroris cum
haeresesq; damnauerant, lacessens, eis se au-
daeret opponebat, mendaces, impostores, &
lumniatores vocans, & ad illam editionem
appellans, ex qua errores sustulerat. Per quam
imposturam absoluti alicuius & irreprehen-
sibilis doctoris, qui nihil à se scriptū dictum ve-
re retractasset, qualis videri haberet, ab omnibus
cupiebat, nomen sibi & opinionem parare co-
nabatur.

CRAR.
rit postrema
& absoluta
a conspectu
& in lucem

LIBER. VII.

739

historia belli Liuonici, quomodo quidam Lubetanus cum taurum furatus esset, liberatus metu facienda exomologesis, tandem alterum furatus, suspensus fit.

CAP. XVI.

Nciuitate Torpatensi circiter annum Domini 1555. Lutheranus quidam Ecclesiastes, virginis agricultor ad genua prouolutus habet, quod confessione facta sacramentali absolutione à peccatis exsoluere debebat. Mandat sicut omnes Deo confiteantur, solidum siue num mulum (quem confitentes parocho dare consuerant) altari imponere iubet, deinde etiam absolutionem promittit, penitentiam & satisfactionem commentum esse sufficientem, hanc neutiquam requiri. Erat autem inter confitentes quidam præ aliis simpli ingenio, qui domino suo iumentum furtus dederat. Hic absolutionem consecutus, dominum lætabundus reuertitar, gaudium ex felici confessionis successu conceptum, protinus uxoris sinum effundit. Metuebam, inquit, cum parochum confessurus accederem, te iuberet abductum taurum restituere, aut gehennæ incendio me furtum luiturum miraretur: iam autem uno recepto solido, omnes mihi noxas ignouit. Nō multò post idem alium bouem furatur, & in ipso facinore deprehensus, fatetur neutiquam à se illud admisum fuisse, si nō tam facilem se præbuisset parochus.

740 COLLATION. SACRA.

rochus in delictis ignoscendis, eaque res plati-
mos ad grauissima facinora stimulabat, id-
eò ut summam in domestica familia perfidi-
am patresfamilias persentiscerent, ac tam ex-
tiales istius Euangelij fructus grauiter abo-
minarentur.

*Ex vita S. Bonifacii Archiepiscopi Maguicini, Ger-
manorum Apostoli & martyris, que habetur in to-
mis Laurentij Surij quinto lulis. Brevis historia
de Aldiberto heretico, de nequitia eius, & quo-
modo circa confessionem sacramentalem ergo
ferit.*

C A P. XVII.

Aldibertus in primæua ætate hypocrita
fuit, dicens, quod sibi Angelus Domini
inspecie hominis de extremis finibus mundi,
miræ, & tamen incerte sanctitatis reliquias
attulerit, & exinde potuerit omnia, quæcun-
que poposcerit, à Deo impetrare. Hac ergo
simulatione, sicut Apostolus Paulus praedi-
xit, penetravit multorum domos, & capiens
duxit post se mulierculas oneratas peccatis,
quæ ducebantur varijs desiderijs, & mulier-
dinem rusticorum, dicentium, quod ipse esset
vir Apostolicæ sanctitatis. Præterea coadiu-
xit Episcopos indoctos, qui se contra precep-
ta canonum absolute ordinauerunt. Vnde
in tantam superbiam elatus est, ut se æquipa-
raret Apostolis Christi, & deditagnatus in ali-
cuius Apostolorū vel martyrum honore Eccliam

CRAR.
aque ies plu-
mulabat ad
nilia perfid-
t, actam eu-
grauiter abo-
cognitum, Ger-
e habens in se
Brenus hispicio
a eum, & que-
rusalem 1557
te hypocritia
elus Domini
ilibus mundi
acis reliquias
nia, queca-
re. Hac ergo
aulus prædi-
s, & capillus
tas peccatis,
, & multatu-
odiplicet esse
crea condic-
nta pree-
runt. Vnde
le requipa-
natus in al-
honoce Ec-
clesiam
dam consecrare in proprio honore dedica
oratoria, vel ut verius dicam, sordidaret.
Ita etiam improperas, cur voluissent ho-
nores visitare limina sanctorum Apostolo-
rum, fecit eis cruciculas & oratoriola in capis,
ita fontes, vel ybicunque sibi videbatur, &
ibi publicas orationes celebrari, intantum
multitudines populorum, spretis ceteris e-
scopis, & dimissis antiquis Ecclesijs, in tali-
s locis conuentus agerent, dicentes: Merita
acti Aldeberti adiuuabunt nos. Vngulas
quoque suas & capillos dedit ad honorifican-
tem & portandum cum reliquijs sancti Petri
apostolorum principis Tatis itaque flagitijs
solutus, presumptis quoddam, quod ma-
num scelus & blasphemia contra Domini-
um esse videtur. Venienti enim populo, &
vestito ante pedes eius, & cupienti confite-
peccata sua, dixit: Scio omnia peccata ve-
tra quia mihi cognita sunt occulta vestra: id
non est opus confiteri ea Securi ergo &
disolvi de peccatis vestris praeteritis, reuerti-
ni ad domos vestras cum pace. Hec igitur atque
similia, quae sanctum Euangeliu[m] hypocri-
ti facturos esse restatur, idem Aldebertus suo
tribu & incessu, moribusque solerit operari.
La Epistola nuncupatoria Stanislai Socolouij ad Gre-
govium XIII. Pontific. Maxim. in Censuram O-
rientalis Ecclesie, de precipuis nostri seculi hæ-
retibus. Quomodo hæretici nostri temporis carentes
capite,

742 COLLATION. SACRAR.
capite, ad Patriarcham Confessantinopolitanum suum
dogmata misserint, ab illo que in communionem re-
cipi postularint, & quomodo istorum doctrinae
illo sit repudiata.

CAP. XVIII.

I Vre ac instituto belli sancitum est Grego-
rij XIII. Pontific. Max. ut qui transigam
in aliena castra transleuntem deprehendent,
illum imperatori suo, aut cuiquam aker ex-
ducibus militiae sistat atque presentet. Non
dissimile quid hoc tali tempore in spiritu
hac nostra militia deprehensum, ad sacrificia-
tum S. V. tribunal, eodem iure pro officio
meo affero. Cum enim aate hoc biecum,
vnà cum Serenissimo rege meo principe inter-
gerrimo, ac religionis Catholica studiosissi-
mo, principio regni illius has oras Samatia-
nostræ peragro atque perlustro, Leopolim
Metropolim Russiæ, emporium apud nos im-
primis nobile, veni. Habet hoc ca vrbis ame-
lias singulare, vt cum reliquarum planorum
nium religionum ritus & cæteremonias exan-
tiquo admiserit, ab huius tanè saeculi benefi-
bus peculiari quodam Dei munere penitus sit
libera, illisque summo studio æ diligatio
mirè obstat. Incidi tum forte ibi in quæcum
Archimandritam Græcum, hominem non in-
doctum, nec illiberalem: cum quo vbi multa
de multis, vt sit sepè familiariter conulisse,
deuenimus tandem in sc̄monem de his hec-
sibus

ACRAR.
opoli etiam su
nominem re
sum doctrinam
I. m. Grego
i transfuga
e prehendit,
iam alteri ex
ficiunt. Non
e in spirituali
, ad sacra
te pro officio
oc biennium,
princeps in
ca studiorum
ras Sammatiz
o, Lopolini
apud nos in
ca vrbis amaz
am planetorum
nonias etan
æculi hæc est
ere penitus si
æ diligenter
bi in quædam
nem non in
uo rbi multa
conculsem
n de his herc
sibus

LIBER. VII. 749

us ac magistris earum, quæ hoc nostro in
seculo orbem exercent Christianum.
cum virtuque eam temporum nostrorum
amitatem hominumque temeritatem abun
di parfuit, deplorassemus, intulit ille, ad
archam item suum istos ex Germania,
ita multo ante scripsisse, illique summa
de confessionis suæ capita obtulisse, ac ut
communionem eius Ecclesiarum recipie
tur, studiosè petiisse: quos tamen ille tan
tem abest, vt recipiendos duxerit, vt etiam
propterea quodam suo illa ipsa, quæ tum illi pro
oluenter capita, cōfutārit. Agnoui hoc idem
ane quondam Pelagianos, temporibus D.
Augustini fecisse, eodemque modo ab Occi
entali Ecclesia ad Orientalem nequidquam
refugisse. Obijcit eam rem his verbis Iulia
Pelagi discipulo D. Augustinus, Non est,
quit, quod prouoces ad Orientales Antisti
tite quia & ipsi utiq; Christiani sunt, & utrius
partis terrarum fides ista una est, quia &
est ista Christiana est: & te certè Occidenta
terra generat, Occidentalis regenerauit
Ecclesia. Quid ei quæris inferre, quod in ea
non inuenisti, quando in eius membra veni
st: imò quid quæris auferre, quod in ea tu
noque acceperisti? puto tibi eam partem orbis
sufficere debere, in qua primum Apostolus
dominus voluit glorioissimo martyrio
coronari. Cui Ecclesiæ præsidentem beatum

Iuno-

festa, per principes Christianos delecta est.

D. Ioannes Damascenus lib. 3 de vener. SS. imagi-
num. De Olympio Ariano, qui, cum Catholicis in-
sultaret SS. Trinitatem confidentib, adiutabili
pœna diuinitus percussus, interiit.

CAP. XXIX.

SVB hoc consulatu, mense Decembri, eius
mensis die vigesima septima, contigit for-
midabile & ingens miraculum, quod & audi-
tum omnem hominum magno terrore per-
culit. Olympius enim quidam nomine, p̄zli-
de Arianae superstitionis Euthymio, quem eli-
ser in balneo palati⁹ Helenianorum, quod dare
eorum cōtemplatus qui lauabantur, consub-
stantialis Trinitatis celebrantes gloriam, zit

LIBER VII.

779

lisce præscriptis verbis: Quid enim est Trinitas? cuius parieti non ea adscripta est? Quum superior euasisset, sibi familiariter notis, uit: Ecce & ego Trinitatem habeo. Illi itaque rem quum reprehendissent, animis incitati cum interfacturi fuerant, nisi eos reprehisset nomine magnus quidam sanctorum Apostolorum presbyter intra muri ambitu consilens; Homo hic sanè quam admirandus, ac studius Dei cultor hisce verbis eos alloquu-
est, docens quia nequaquam id latere pos-
t oculum iustitiae illius cuncta cernentis, qui
regula quæque decernit, & quidem exacta ra-
tione. Sedata deinde turba ob viri istius reue-
rentiam, surrexit Olympius, & pro more usus
viro siue folio aquæ calidæ, exsilit in alterum,
quod & frigidam capiebat è fonte profiliens,
qui oritur à medio venerandi altaris ædis
consecratae Diuo Protomartyri Stephano, quā
dum exædificauit Aurelianus principali tum-
sugitate prælucens. Hinc enim reor eam a-
quam dignam habitam, quam inuiseret Deus.
In hanc quum ille descendisset dicto o cius ad-
cedit, cum eiulatu dicens: Misericordia mei,
misericordia, suasque carnes exscalpens ossa et-
tumnum in partes deducebat. Omnes proin-
de, qui circa eum erant, apprehesum inuoluer-
unt Sindone, ac reclinarunt in algescētem &
animam exspiratētem. Porro, illi percunctabant
ut quid ei accidisset. Respondit Olympius:

K k s Virum

730 COLLATION. SACRAR.

Virum vidi niueis vestibus induitum ex aduerso Nerophori, adscendentem ad me, meque vidente permiscentem tres in aures lupini, & dicentem mihi: Ne esto blasphemus. Illi acceptum eum in lecticam transtulerunt in alterum balneum, adiacens Arianorum Ecclesie. Illi quum vellent ab eoreuellere sindonem, catenam totius corporis simul auulserunt. Atque ita in mortem concedens reddidit spiritum. Rei huius gestae fama toto propemodum imperio notuit. Vulgo ferebatur, hunc talia palatum, non modico tempore sterisse ab oblatione & religione, que glorificat ac proficitur in Trinitate consubstantialem clementiam, & demum ad Arii cultum resiliisse per baptismum. Id simul atque contigit, & ad aures pervenit imperatorum: erat autem tunc Anastasius. Is demandauit prodigium hunc evanescendum varietate colorum per imaginem pingueamq; affigi parti supremae Nerophori. Ioannes autem quidam diaconus ac defensor predictarum ditatae Stephano Protomartyri, viri quis alias, peracrem zelum exercens passum pro tuendo dogmate cōsubstantialis essentiae, isque rem gestam pinxit, ac tradidit imaginem, utcūque. Adscripsit enim & nomina eorum, qui tum inter laudandum illuc historiam perspicerant, & quo quisque loco habuerat. Adiecit & eos, qui administrandis aquis subsernabant. Testimonio autem est usque in pre-

sens ip
protin
renus.
nes nō
niater
phylus
pido M
cos om
k colu
Trinit
quod s
quam c
us Eccl
tascan
etia, ve
absor
in scie
illian
maritic
Trinit
piet C
winæ v
Olym
tabiler
Ruffini
stica
rian
V B

AR.
n ex aduer
ne, meque
s lupini, &
s. Illi acce
nt in alterū
celsus. Illi
onem, cat
um. Arque
it spitem.
odium im
e talia pas
e ab oblet
ac profec
efficuum,
per bapti
daues per
ne Anasta
unc even
em pingi
oni. Ioan
or predicta
yn, viri
cas passim
is elecentur,
e imaginis
na eorum,
oriam pet
itatet. Ad
uis subser
ue in pre
fens

LIBER VII.

784

sens ipsa imago affixa in ipso introitu quartas
protinus s̄apē dicti oratori. Hæc ibi Damascenus. Sunt & nostro prō dolor s̄eculo homi
nes nō minus quām iste Olympius in SS. Tri
nitatem blasphemari. Scribit enim Frideric. Sta
phylus (*in Apologia*) Lucam Sternberger in op
pido Moraviae Sternberg publicitus docuisse,
eos omnes, qui S. Trinitatis nomē confitētur
& colunt, tres Deos falsō comminisci, cūm sit
Trinitatis nomen superuacaneum & inane,
quod scripturis sacris Trinitatis nomen nul
quam expressum sit. Itaque voluit vt loco illi
us Ecclesiastice cationis, O veneranda Trini
tatis caneretur, o veneranda Dei bonitas: optat
etia, vt dæmones omnes Trinitatē abducāt &
abspōtent, nescire se, inquiens, vtrum mas sit,
in semina: persuasum autē se habere, Trinita
tillam quondam foeminam fuisse, quæ tres
maritos habuerit. Sunt & Scructiani, qui & S.
Trinitatem (*horresco referens*) vocant Trici
piē Cerberum. In Olympio illo videre est di
uina vindictæ seueritatem: in his quisquām
Olympianam blasphemiam spiratibus, admi
tabilem diuinæ patientiæ longanimitatem.
Ruffinus lib. 10. cap. 15. & sequent. historie Ecclesi
sticae. Quantas & quām portentosas calumnias A
rianī heretici confixerint in Athanasium.

CAP. XXX.

V Bi Constantius Orientis regnum solus
obtinuit, Constantino fratre non longe
K k 6 ab

782 COLLATION. SACRARI.
ab Aquileia apud Alsam flumium à militibus
interfecto, Constans viiusque germanus, Oc-
cidentem satis industrie gubernabat. Nam
Constantius natura & animo regio, dum pri-
mis illis regni sui fautoribus satis indulget,
per eunuchos arte in perfidia decipitur per-
uersis sacerdotibus: & intento satis studio, pra-
uis eorum contentionibus obsecundat, sedili-
li verentes, ne forte adeundi regis copia quan-
doque fieret Athanasio, & per eum de ventre
fidei, quam peruerterebat, secundum scru-
pas edoceretur, omnimodis insimulare cum
apud principem, & velut omnium scelera
ac flagitorum adgrediuntur exponere: si que-
quo humani corporis brachium loculo dela-
tum, Imperatori ostendit: quod ab Athanasio
excisum magicæ artis gratia de Arsenio cuius-
dam corpore confirmabant. Sed & alia quam
plurima criminosa simul & flagitiola con-
ponunt.

Quibus ex causis Imperator iubet conve-
cato Concilio Athanasium condemnari. Idq[ue]
apud Tyrum (missio è latere suo uno ex Co-
mitibus, admittente quoque Archelao tunc co-
mite Orientis, necnon & co, qui Phoenicem
prouinciam gubernabat) congregari iuber. Eò
brachio circumferretur, inuidia & horror nō
solum religiosas, sed & viles animas peruidit.

Hic Arsenius, cuius brachium dicebatur
excisum,

excusum, lector aliquando Athanasij fuerat, & cōculpam correptionem veritus, frequentia siē subtraxerat. Cuius latebras opportunas siād huiuscemodi commentum flagitosi homines rati, initio compositi criminis occultatum eum apud quēdam, quem fidissimum scēmibus suis crediderant, retinebant. Peruenit tamen ad hunc in latebris positum, quid suo nomine criminis intentaretur Athanasio. Et fuit eum ipsa humanitatis contemplatio, siue diuina per pulit prouidentia, clam per noctis lenitatem euadens claustris, enauigauit Tyrium. Hyndie quām causæ dicendē adesset vltimus dies, Athanasio sese Arsenius obtulit, vtque se unum gestarum res haberet, edocuit. Ille domi sī hominem, nec innotescere cuiquā de eius presentia iubet. Interēa Concilium cogitur, in quod aliquanti concinnati calumniæ consciij, omnes penè infenso animo aduersum Athanasiū præiudicatoꝝ conueniunt. Per idem tempus Paphnutius Confessor (de quo supra membrauimus) aderat, Athanasij innocentia conscius. Is cū vidisset Maximū Hierosolymitorum Episcopum, qui vñā secum effosso oculo, & poplite sacciso, Confessor exstiterat, etenim pro nimia simplicitate nihil de sacerdotum scelere suspicantem, consedisse cū cætit, quos factionis macula sociauerat, mediū confessum non veritus: Te, inquit, Maximē, cū quo mihi vnum atq; idem confessionis insi-

Kk 7

gne

784 COLLATION. SACRAR.
gne est, cum quo mihi pariter mortale lumen
effossum , clariorem diuini luminis concilia-
uit adspectum: Te, inquit, non patiar sed tecum
concilio malignantium, & cum iniqua gen-
tibus introire. Iniecta quod manu eleuans eum de
medio eorum, ac de singulis instruens, perpetua
dehinc Athanasio communione sociari. Sed
interim causa dicitur. Prima introducitur ac-
cusatio mulieris cuiusdam, qua se dicebat aliquā
do hospitio Athanasium suscepisse, & eo
noctu nihil suspicantem, vim corruptissimam
se percessam. Introduci ad hanc iubetur Atha-
nasius, ingreditur cum Timotheo presbitero
suo, eumque monet, ut posteaquam mulier di-
cendi finem fecisset, se tacente ad ea quia dixe-
rat, responderet. Cumque mulier illa, que cō-
sta fuerat, perorasset, Timotheus conuersus ad
eam: Verè, inquit, mulier ego mansi apud te a-
liquando, aut vim tibi, ut afferis, feci? Tunc il-
la (ut mulierum se talium procacitas habet) ob-
iurgans Timotheum: Tu, tu, inquit, mihi vim
fecisti, tu in illo loco cōmaculasti castitatem
meam. Simul & cōuersa ad iudices, obtehan-
dē Dei cōcepit, vera se dicere. Tū omnes ridu-
losus pudor habere cōcepit, quod tamē facile tac-
ere, factio cōpositi criminis patuisse. Necca-
men permitti sunt iudices habere de muliere
quæstionem, vnde hæc, vel per quos, aut quo-
modo fuisset aptata calumnia, quoniam iudi-
candi libertas penes accusatores erat. Hinc
transitum ad aliud crimen.

RAR.
ortale lumen
nis concilia-
tior sedet in
niqua geren-
tians eum di-
uēs, perpetua
soriant. Sed
roducuntur ac-
ciceratiquā
sle, & ab co-
rruptionis ef-
ficietur Atha-
nasi presbitero-
m mulier di-
ca quæ dixe-
la, que edo-
conuersus ad
sili apud te &
eci? Tunc il-
as habet ob-
iit, mihi vien-
ti castitatem
, obiectam fi-
nnes indicu-
facile tacē-
issen. Nec ta-
de muliere-
os, a quo-
oniam judi-
rat. Hinc
Pro-

LIBER. VII.

785

Proferatur facinus saeculis inauditū (Secunda
ulamnia.) Hoc est ; inquit, ubi nemo possit
verborum præstigiis decipi , res oculis agitur,
verbis cessantibus. Brachium hoc te, aiunt, A-
thanasi accusat excisum : Hæc est Arsenij de-
mora, quam tu quomodo, vel ad quos usus ex-
sideris, indicato. Tum ille: Quis enim, inquit,
vestrum Arsenium nouerat, ut hanc ipsius de-
meram cognoscatis? Exsurrexerunt aliquanti,
qui se dicerent optimè scisse Arsenium, in qui-
bus nonnulli erant absque conscientia factio-
nis. Orat dehinc à iudicibus Athanasius, ut
hominem suum, quem in negotium deposce-
ret, iubearint introduci. Cumque introductus
esset Arsenius, eleuato eius vultu, Athanasius
concilio & iudicibus ait : Hic est Arsenius. Et
deuans eius nihilominus dexteram : Hæc est,
inquit, etiam dextera eius, hæc est sinistra, Hæc
autem, quam isti offerunt, manus unde sit,
vos requirite. Tunc velut nox quædam & te-
nebra accusatorum oculis infusa , quid age-
rent, quò se verterent, nesciebant. Ipsum ete-
num esse Arsenium, testes, qui paulò ante scire
se dixerant, confirmabant. Verum quia non
iudicandi, sed opprimendi hominis causa cō-
silium gerebatur, fragor omnium repente at-
tolitur , magum esse Athanasiū, & decipe-
re intuentium oculos cōclamatur, nec debere
vlo modo vltra talē hominem viuere : facto-
que impetu, suis cū diserpere manibus parat.

Sed



786 COLLATION. SACRAR.

Sed Archelaus, qui cum cæteris ex præcepto Imperatoris concilio præsidebat crepus eum de discerpentium manibus per occultos exitus eduxit, ac fugæ (qua solum posset) salutem monuit commendare. Concilium tamen rursum conueniens, tanquam si nihil omnino deprehensum fuisset, ut confessum de intentis criminibus Athanasium condemnat. Regula in hunc modum facta per orbem terrarum interres, ad sceleris sui consensem Imperator co-gente cæteros episcopos perpulerunt.

Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanasius, nec ullus ei tutus ad latendum suppetat locus, Tribuni, Præpositi, Comites, exercitus quoque ad inuestigandum eum mouetur edictis in imperialibus. Præmia de latibus proponuntur, si quis viuum maximè, si id minus, caput certè Athanasij detulisset. Ita totis regni viribus frustra aduersum eum, cui Deus aderat, certabatur: Interea sex continuos annos ita latuisse fertur in lacu cisternam non habent aquam, ut Solem nunquam videret. Sed cum per ancillam, quæ sola conscientia dominorum officiis, qui ei latebras præbuerant, videbatur, indicatus fuisset, tanquam Dei spiritu admonitus ipsa nocte, qua ad eum comprehendendum cum iudicibus veniebatur, post annos sex migravit ad alium locum. Ita illi, qui veneant frustrati, dominisque in fugam versis, de ancilla ut falsa indice poenas sumunt.

Raff.

RAR.
xpræcepto
reptisum
cultos ex-
et salutem
tamen ru-
minino de-
e incaratis
ar. Egella
erre minen-
crauere co-
nt.
gjitur Atha-
um supere-
ites, exercit-
i monētar
de latēibus
ē, sed mi-
Ita totus
cui Deus
in iis annis
on habēti
Sed cum
norūmof.
ebatur in-
u admoni-
tendēdum
os sex mi-
venerant
sis, dean-

L I B E R V I I .

787

Defini Ecclesiast. historiæ libr. 10. cap. 14. De Athanasio, quomodo adhuc puer existens, cum aliis coetaneis suis imitatus sit Episcopū, & mysteria Ecclesiastica speique & expectationis sue hoc passio-
nem dederit.

C A P . X X X I .

Q Via Athanasij mentionem fecimus, vi-
sum est sequentem historiam subiugere.
tempore, quo apud Alexandriam Petri mar-
ris diem Alexander Episcopus agebat cùm
ost exulta solemnia conuenturos ad conui-
num suum clericos exspectaret in loco mari-
nino, videt eminus puerorum supra oram
natis ludum, imitantium, (vt fieri solet) epi-
scopum, atque ea quæ in Ecclesiis gerim
os. Sed cùm intentius diutinè pueros inspe-
ctaret, videt ab his geri quædam etiam scer-
eta & mystica. Perturbatus illico, vocari ad
e clericos iubet, atque eis, quid eminus ipse
videtur, ostendit. Tum abire eos, & compre-
hensos ad se perducere omnes pueros impe-
rat. Cumque adessent, quis eis ludus, & quid
gissent, vel quomodo, percunctatur. Illi, vt
alis habet actas, pauidi, negare primò, deinde
tem gestam per ordinem pandunt, & bapti-
ticos à se esse quosdam catechumenos confi-
teatur per Athanasium, qui ludi illius pueri
li Episcopus fuerat simulatus. Tum ille dili-
gener inquirens ab his, qui baptizati dice-
bantur, quid interrogati fuerint, quidve re-
spon-

Ruff.

788 COLLATION. SACR.

sponderint, simul & ab eo, qui interroguerat,
vbi videt secundum religionis nostra ritum
cuncta constare, collocutus cum concilio cleri-
corum, statuisse traditur, illis, quibus inte-
gris interrogationibus & responsionibus aqua
fuerat infusa, iterari baptismum non debere,
sed adimpleri ea, quae a sacerdotibus mos erat.
Athanasium vero atque eos, quos Iudas ille
vel presbyteros habere visus fuerat, vel minis-
tros, conuocatis parentibus, sub Dei dicta-
tione tradit Ecclesia suæ nutriendos. Puto
autem tempore, cum a Notario integrè, & a
Grammatico sufficienter Athanasius fuisse
instructus, continuò tanquam fidele Domini
commendarum, a parentibus resiliens sacer-
doti, ac velut Samuel quidam in templo Do-
mini nutritur, & ab eo pergitte ad partes in-
senectute bona, ad portandum posse ephod
sacerdotale deligitur. Sed huius tanquam in Eccle-
sia pro fidei integritate agones fuerunt, ut etiam
de hoc videatur dictum esse illud, quod scri-
ptum est: Ego enim ostendam ei, quanta cum
pati oporteat pro nomine meo, In hunc enim
persecutiones vniuersus coniuratus orbi, &
commoti sunt principes terre: gentes, regna,
exercitus coierant aduersus eum. Ille autem
diuinum illud conseruabat eloquium, dicens:
Si consistant aduersum me castra, non time-
bit cor meum: si insurgat in me prallum, in
hoc ego sperabo.

Hab.

R.R.
rogauerat,
stet inum
oncilio cle-
uibus inter-
nibus aqua
on debere,
us moseſt.
as ludusile
, vel mini-
De obulka-
los. Pomo
nategit, & à
fusus fuisse
le Domini
nitus facie-
emplo Do-
d patres in
ſe ephod
ti in Eccle-
ſunt, vrenā
quod scri-
vanta cum
uius enim
ſ orbis, &
tes, regna,
ille autem
m, dicen-
non time-
elium, in

LIBER VII. 789
Icardus Gaverius in argumento Eclogae nonae sua-
rum Bucolicorum. De Michæle Stifelio conciona-
tore Euangelico, qui suis rusticis vaticinabatur
die judicij fore anno 1533.3. Octob. rusticis interiu-
ribus tanquam cras morituris, ut in pro-
verbio est apud Tertullianum ex Diogene.

CAP. XXXII.

N Saxonia VVittembergæ vicinus pagus
nomine Holtzendorff situs est, in quo pago
Stifelius Euangelicus concionator populo
locedo præfectus, sibi suisq; rusticis persuasit
anno Octobris die, horam circiter decimam,
extremum iudicij diē futurum, idque ex sup-
putatione quadicatorum numerorum, tanquam
ex diuina Spiritus sancti patefactione seriō
confimauit. Rustici & ciues plerique omnes
per viuersam Saxoniam & Misniam aruis &
egris incultis relictis, negotiis ocio posthabili-
tate præferentes socordiam, omnia sua
bona decoquebant: dies noctesque pergræca-
bantur, certò confidentes (quemadmodū præ-
dictar Stifelius) tertio Octobris die eiusdem
anni, qui erat à Christo nato 1533. mundum
peritum, & extremi iudicij diem aduentu-
num. Cum autem prædictus dies adesset, Stife-
lius suggestum occupans horratur suos rusti-
cos, & bono iubet esse animo: tempus instare,
quo, prout quisque vestitus aderat cum ocreis
ſiual & peronibus omnes in cælum auferren-
tur. At verò hora prædicti iudicij iam diu trā-
acta,

Hann.

704 COLLATION. SACRA.
acta, adèò ut rusticis de vaticinio deliperantibus, ipse quoque dubitaret: fortè procelloia tempestas orta fuit, quam cùm Stifelius audiisset, de nouo suos rusticos est horitatus: rubinem enim exorientem initium dare futuri iudicij. Sed paulò pòst tempestate sedata, cum rusticci cælum serenum esse conspicerent, itati Stifelium è sublimi cathedra deturbauit, nubibus & pedibus acriter constrictis in cum possum V Vittembergam traxerit, ubi ipsa coram iudice de illata iniuria grauiter accurrunt, aliquod sibi emolummentum pro omnibus pecoribus, frugibus & siumentis abumpis sperantes. Sed frustra illum accusant rusticis: nam à rusticis vindicatum, è vinculis redemptum Stifelium Lutherus veteri Ecclesiæ iterum præfecit. Similem prophetam se videntavit Andreas Osiander, de nouissimo die, edito quodam libello, ut videre est, Centuria prima Veritatum Euangelicarum, per Ioannem Nasum, veritate secunda.

Hanc eandem historiam Hanardus Gamierius Ecloga nona lepido carmine refert, quod in gratiam lectoris hic subiucere visum est.

E Hec Fauste (precor) nunc, quod me perdidit audiebat in Saxoniam, que we nutriuit alumnus, Paria; de lignis, Holzendorffia dicta, vocata. Hæc cum susciperei falsis de variis rūm, se f.

RAR. LIBER VII.

791

le final, & miseris nos perdidit ipsa colonos
Iudicium: & misere stricto velut ense perenit.
Namque Michaëlem quendam pro vate recepit
V nomine Stifelijum, socium comitemque Lutheri,
Qui coleret monachos & cùm turbaret eosdem,
Missa sacra putans mysteria scire deorum
Quarati muneri secundum ratione putata.
Sunt in hoc ipso, quem nos memor animus anno.
Gé foret Octobris, decimam lux circiter horam,
Invia sopri mī per iuri terminus aui.
Sedita sub tanto restanquam vera magistrus
Agricolas ruri, sed & in ira menia cines
Luminibus claris obducta nube sefellit.
Emon non deciperet, credebat id ipse Lutherus
In cinatu, subscribebatque Melanchthon.
Hiqui Misericordiam subigebant vomere terram,
I qui Saxonici cultores ruris eramus:
Loculos agros incultaque tecta domorum,
Et patiebamur sine frugibus arva perire,
Vit sati esse rati, si tantum ventre haberet,
Quicunq; sufficeret dictas ad temporis horas.
Nos igitur socij summis pro viribus omnes
In regnabamur sic, ut nihil esset in ære.
Hiluidem pecoris, cùm tempora dicta venirent,
Cum tamen ille dies Octobris tertius esset,
Tenebunt omnes, quorum stolidissimus ipse
Confitit medius, fuit unque precaver & orat:
Agricolis etiam frustra metueuntibus inquit
In filium clamans: surgendi tempus adesse,
Spectumque diem nostra venisse salutis.

Nam

792 COLLATION. SACRAR.

Nam quo quisque modo vestitus staret ibidem,
Hoc debere statim celo super aether aferri.

At cum iudicij iam dudum tempus abesse,
Ut dubitans secum præ sagia falsa putare,
Fortuita quidam veniens ab origine venit,
Eludit subito mendacem turbine ratem,
Qui simul ac perire nos penè periuimus vix,

Quod non adfuerit index cum turbine Christi.

Nam propter pecudes, propter bona perdita nostra

Grata dies nobis toties promissa fuisse.

Ergo Stifelium manibus post terga reuinctus

Adque manus pedibus per mutua vincula sexi,

In curru positum nunc huc raptamus & illuc,

Donec ad eximiam festi deuenimus urbem,

Candida que ninei sortitur nomina monit.

Hic nos iudicio damnandum sifimus aqua,

Parva petiuri magno solertia danno.

Sed frustra petimus, frustra culpamus iniquum,

Frustra carceribus clausum detrudimus hostem.

Quo duce communis sororis fortuna perisset.

Nam (quia de corio fuit ipse Luciferus eodem,

E quo Stifelio factum dedit ocrea nomen)

De manibus nostris, & certa morte redemptio

Excellens magica turpisissimus arte Luciferus

Stifelium nota præfectum reddidit adi.

Nos vero miseros, miseros nos ille reliquis

Elusos miserè: quorum pars tibi perirent:

Pars sua crudeli confudit pectora ferro.

Pars, quorum numerum fugiens mortissimum casus,

Diversas adjicit patrijs a sedibus oras.

076

vidam vero contingere insimus ordo,
quod seruitijs mihi pondera ferre liceret.

Willelmus Lindanus lib. 1. cap. 9. de fugiendis
idem. Quomodo Ioannes Campanus hereticus, in
Ducatu Ciluense rusticis persuaserit, ne seminarent
in colerent agros, immo potius eosdem venderent,
et mollier se tractarent, eò quod instaret dies
iudicij.

CAP. XX XIII.

Persuaserat Ioannes Campanus miseris
rusticis, non longè à fluuiio Rura degen-
tione, quod vel hodie res ipsa loquitur, & te-
muntur vicini, ne amplius austerioris sese frange-
ant agricultura laboribus: non sese frustra
vexarent, diutius fatigarent, encarent,
scindendi, arandi, metendi sudoribus, instare
iudicij: breui omnia inundationibus aqua-
rum delenda: indulgerent genio igitur, molli-
er se tractarent, suauius viuerent, quod mi-
lie supererat vita rusticanae: omnia prope-
ram certò certius peritura. Illi stolidi stolido
delito prophetæ creduli, suos vendunt agel-
lo qui illos emit, sensit non frustra sese illum
vile prophetam.

Sic Martialis in Cinnam ludit, qui cognita
ab Astrologo morte sibi, ut persuasus
erat, imminente, amplissimum patri-
moniu vix annuo spacio dilapidat. Lu-
st ille in Cinnam hoc epigramma.

Dixer.

794 COLLATION. SACRAR.

Dixerat Astrologus peritum te citio Cimna,
Nec puto mentitus, dixerat ille mibi.
At tu dum metuis, ne quid post fatu relinquis,
Hausisti patrias luxuriosus opes.
Bisque tuum decies non toto tabuit anno.
Dic mibi, non hoc est Cimna, perire citio!

Nicephorus Callist. li. 14. cap. 40. Ecclesiast. lib. 14.
Europ. li. 14. rerum Rom. De quodā pseudom.,
qui Iudeos in Creta induxit, ut neglegentibus
illis, & possessionibus suis, se sectarentur, et
illos per mare in promissionis terram ducturum.

CAP. XXXIV.

CVm Proclus Episcopus ad sacra Ecclesie
gubernacula consideret, multi in Creta
Iudei Christianorum sacra sunt complexi per
causam huiusmodi. Vir quidam erat ex eorum
genere, qui, quum per fraudem & dolum vitā
peregrisset, postremō se etiam Mosen illum esse
assimilauit: & cælitus in Cretam à Deo pro-
pterea missum esse confinxit, ut eius loci la-
dæos ipse per mare, perinde atque olim illa
litas per rubrum sinum, duceret. Et passim in-
sulam ipsam peragrans, vt se illum esse crede-
rent, suauit: atque vt opes suas haberent, pecu-
niasq; & possessiones omnes adspicerentur,
cohortatus est: se illos per mare non alitee
quam in arida, in promissionis terram ducturū
esse pollicitus. Atque illi vanis illius promissi-
decepti, res operasque suas ubique neglexe-

LIBER VII. 795
nat, & facultates suas temere quibuscumque
dipiendas permisere. Vbi dies constituta ad-
mit, qua proficisci debebant, ipse quidem
confidentia & fastu plenus, eis praeiit: illi vero
ominem, vna cum coniugibus, & ætate im-
belliore consequuti sunt. Itaque eos in sum-
mum quendam scopulum in pelagus excur-
sum duxit: atque inde coniucere seipso in
mare, veluti natantes & vrinantes, iussit. Id
ex illis quidam, statim ut imperatum eis
fuerat, fecerunt, neque deinceps apparuerunt.
quidam etiam in præcipitio saxis allisi inter-
runt. Et vniuersi illi vel in vndis, vel in pre-
cipitibus saxis periissent, nisi Dei prouidentia,
piscatores & alij mercatura victum quæ-
sivis, Christiani homines, subito adfuissent,
que modis omnibus extrahentes seruassent:
unum primum fortasse, qua dementiae capti es-
sentientes, alios, quod minus se in fluctus
vicerent, prohibuerunt: eorum, qui antea id
suscitauerunt, interitum illi indicantes. Qui sanè
in animo rem secum reputantes, & frau-
di sine iudicio susceptæ fidei & credulitatis
vichenentes, ut miserabilem in modum
varent, sustinuerunt: & tandem Pseudo-
Iosylen illum comprehendere sunt aggressi.
cum perficere id minimè potuerunt. Con-
sum enim ille disparuit, & magnam suspi-
cionem præbuit, perniciosum quempiam
demonem sub humana specie gentem eam in-

L I

exi-

796 COLLATION. SACRAR.
exitium produxisse. Proinde multi Iuda orum
superstitioni nuncio remisso, in Creta Christi-
anam religionem constanter suscepserunt. Ho-
rum innumera propè fuit multitudo.
*D. VVilhelmus Lindanus Episcopus Rurmundus in
lib. de fugiendis idolis, cap. 12. Quomodo duximus
specie equitis, quendam Petrum Fischerum in-
tauerit ad militandum Principi Auriaco, datus
se prefectum duarum cohortium Gefacarum Prin-
cipi militantium.*

CAP. XXXV.

CV M VVilhelmus Nassouius Auguste-
princeps Belgium inuaderet, transnoce-
Mosa repulsa copiis regiis illustris. D. Duci
Albano militantibus, ne in Brabantiam pen-
traret, in Franciam suas miseris trahebat co-
hortes, fame languidas, inedia exhaustas, te-
rumque penuria omnium tantum non eneca-
tas, vndique ad eum non pauci confuebant
aut perfidiae, aut sacrilegii, aut prædecau-
sula.

Contigit igitur quendam rusticanz villa
in Merum vico Parochiæ Harten, iuxta Rung-
mundam famulū in agro suas facere operas
qui dum quadam noctis impatiens cimini-
mè ex voto succedentis ia blasphemascupi
voces, rusticis plebiq[ue] imperitæ pro dolor,
familiares, accessit eum eques niger hinnien-
ti, oraque spumanti vectus caballo, qui post
varia promissa in speciem aurea, & ostensa pe-
gunia magna, illi pollicetur mercede, modo

AR.
da orum
a Christi-
tunt. Ho-
e amanda in
lo demin in
periorum in-
iaco, dice-
carum tru-
Aurang-
randis
is. D. Iac-
itiam per-
rachet co-
hauffas, re-
non enca-
onfluebant
le caufa-
canz ville
iuxta Rue-
cer operas
ita eimini-
emas erupic-
eroh dolor,
ro hinien-
o, qui post
ostenla pe-
mercedem
motio

Liber VII. 797

nodo sese, cui colligendarum copiarum pot-
est facta esset, in Gallia sequatur principi Au-
gusto militaturus. Hæc, quod maiorem fidem
abebant, præstiterit piis atque simplicioribus
a Christo fratribus rudiis simul & copiosius
actis publicis referre, quæ ita habent.

Anno à nativitate Domini millesimo, quin-
agesimo, septuagesimo tertio, vicesima se-
cunda mensis Decembris, comparuit perso-
næ coram Reuerendissimo in Christo patre
Domino nostro, Domino Episcopo Ruræ-
mündensi prouidus vir Ioannes Vischers de
Eythuysen in Lyn (est pagus prope Ruremun.)
morans, & in præsentia Venerabilium Do-
ctorum, D. Officialis Ruremünden. & D. & Ma-
nisti Gerhardi Merani Canonici Ruremünd-
ensis, declarauit suū quandā filiū Petrum no-
nū, vñc temporis habitantē apud Medardū
Meister Henrichs, aliás auff den Berg in Merū
Patochia de Harte, die Sabbati ante. Domi-
ni, Esto mihi, anni septuagesimi, fuisse pro-
fum vñ cum equis & vehiculo ad mōrem
utile, myricam aduehendi causa, & in redi-
tio Petri vehiculum fuisse fractum, quod
cum reficeret Petrus, ipsi apparuit quidam vir-
us inuidens, atque dicens: Adolescens, re-
unque tuum vehiculum, & veni mecum vñ
Goesis versus Franciam, ego sum præfe-
dus duarum cohortium equitum, tu mihi be-
neficiis, ego satis pecuniarum & bonorum

L. 1. 2. habeo.

798 COLLATION. SACRAR.

habeo. Cui Petrus respondit, quod non, & te
deberē proficisci domum, & animaduertens
equum vnam tantum habere aurem, signauis
se signo crucis, ac statim euauit prædictus
vir vnā cum equo. Et postquam idem Petrus
vterius fuisset præfetus, iterum ipsi apparuit
prætractus vir, dicens vt prius, cui Petrus respo-
dit. Debeo esse domi, quia vesperi debeo esse
vnā cum aliis adolescentibus in quodam loco,
vbi sum vocatus, signando se iterum signo
crucis. Existente autē præfato Petro cum aliis
sociis in ædibus Henrici aen gen Valderen, in
loco de Merom, audiuerunt quendam sibilan-
tem, & posteā cūm idem Petrus domum redi-
ret, apparuit dictus vir siue spiritus, iterum si-
bilans, ad cuius sibulum Petrus etiam sibilavit,
& appropinquans Petro dixit ei: Confunde
retro dorsum mei equi. Cui Petrus respondit:
Ego bene ibo, & venientes ad domum siue cu-
riam suprasati Medardi, dixit spiritus Petro, ut
ipse tubam ibidem existentem, dictam vulga-
riter eynen ruep hoeren inflaret, quod ipse fec-
it, & spiritus similiter, & accedentes duo alii
adolescentes (qui Petrum præcesserant) roga-
uerunt Petrum, quare ipse tubam inflaret, qui-
bus Petrus respondit, ego debo conuocare e-
quites, quia in continentia debemus discedere,
& statim trusit spiritus Petrum in quendam
lacum ibidem existentem, ex quo ipsum pra-
dicti adolescentes traxerunt, & in equili su-

per manipulum stramineum collocarūt, pro-
pæctum supradictorum duorum adolescen-
tium, ex quo loco prædictus spiritus eum sub-
quis tñahendo, per vnum parvulum admodū
stramen in æra abduxit, ac supra arborem pi-
num collocavit, & cùm dicti duo adolescentes
Petrum quærerent, rogauit eum spiritus: Cui
vis adhærere: & respondit: Volo adhærere Do-
mino Deo & huic arbori, & tunc deseruit cum
spiritus, multos arboris ramos frangendo. Di-
cit præterea supramentionatus Ioannes Vi-
lber, in fide boni viti, se præscripta ex ore sui
filii Petri audiuisse, & quod idem Petrus ab eo
tempore usque ad diem obitus sui non potue-
rit ferre, quod aliquis iuraret, peiceret, aut
malè loqueretur. Actum ut supra,
Me præsente Egid. Tsungheu, Notario pu-
blico ad præmissa requisito.

Hæc ita sese habere non modò pater dicti
latri narrat, sed plerique etiam coloni, qui ex
audientem Petri narrantis ore audierunt, rerum
que gestarum pars non postrema fuere. Equi-
dem his non contentis locum ipsum à visita-
tione rediens inspexi, arborem illam à stabu-
lo, unde in eam fuerat cunctus, meis dimensus
passibus circiter XXV. colonum villæ, fami-
liaes ac vicinos de rei veritate sciscitabar, qui
rem, ut dictum est, ita se habere affirmabant,
adentes sese illa nocte, qua Petrum stabulo
ceptum in arborum diabolus evexit, post-

L 3 quam

200 COLLATION. SACRAR.
quam nominatum euocasset, atq; vt promissa
præstaret, admonuisset, audisse cacodæmo-
num per plateas discursantem, tibias rustica-
nas (quas ex salicu[m] corticibus illic solent bu-
bulci & opiliones confidere) non obscurè in-
flantem, immo & cantilenas rusticanas non
satis pudicas, sed illic vulgares, nobisq; tune
recensitas cantillantem. Adhac cū demon
Petrum in arborum pirum euexisset, acur-
rentes socios acclamasse, Peter h[ab]et e[st] ^{ad}
I E S V M, Petre adhæreas Domino I E S V:
respondisse, Ego Iesum tenet & arborum, et
quam vocem D. I E S V, d[omi]n[u]m eum de arbo[re]
dedit præcipitem, quam & nos meis cum fa-
miliaribus, ramis satis crassis passim constat[us]
vidimus. De huius rei veritate igitur qui du-
bitat amplius, per me licet locū ipsum adeat:
arborem, stabulum, villam requirat agnoscer
historiam hanc esse vetissimam, qua damo-
num apparitiones corporali specie ad falla-
ciam simpliciorum velatae, non absurdè con-
firmentur.

Bartholomæus Fajus Confiliarium Regis, libro en-
titled Energomenicus & Alexicacus, titulum fecit, ex
actis publ Reuerendiss D. Ioannis Burii Episcopi
Laudunen, anno 1566. citatur à R. D. Wilhelm
Lindano libro de fugiendis idolis, cap. 17. De da-
mone, qui exorcizandus ex quadā mārona adstet
tum nomina edebat, viuaq; exprobabat, exceptū
illis, que per confessionem sacerdotis factam eran-
tia expiari.

RAR.
promissa
codamo-
as rullica-
solent bu-
blicare in-
canas non
bisq; tunc
m dñmon
set, accu-
le eud^o sa
io IESV:
eborem, ad
n de arboce
eis cum ta-
confessio-
ur qui du-
sum adeat:
agnoscet
ua demo-
ie ad falla-
surde con-
ius, libro cim
um fecit, ex
rsij Episcops
. VVilhelmo
. 13. De da-
rons, addit
ber, exceptio
etiam erant
expla-

LIBER VII.

361

expia, & quomodo idem dæmon visus sit inter-
esse concioni Caluinisticae.

CAP. XXXVI.

Vm sacris exorcismis de more Christa-
no adhibitis (quos verè Apostolicos nūc
tum illo impio Vlpiano iurio non Christiani,
sed humani perito, sacrilegè ridere quidā
sui obliti nominis non verentur) & potiss. sa-
crosancta ostensa Eucharistia, post ieiunia &
publicas comprecationes dæmonem cuius-
tam matronæ Nicolæ visceribus, Reueren-
dissimus Laudunen. Episcopus nitetur ex-
pellere, multa ille agebat, & ludicra & terrifi-
ca. Adstantiū enim & nomina edebat, & con-
silia publicabat non sine risu, viciaque expro-
babat, nominatim illius Mangonis, indicato-
latente sui equi vicio, qui Laudunum à S.
Quintini vrbe aduenerat, vt equum venderet:
qui initio itinere strenue incederet, sed eo ali-
quantulum emenso valde claudicaret, ea ta-
men erat moderatione, vt nulli auderet pec-
cata obiicere, quæ per Euangelicam confessio-
nem sacerdoti factam aliquis eluisset. Nomi-
na igitur & pronomina turbę, ad quatuor mil-
la vndique confluentis, cùm edidisset pluri-
ma dæmon, addens eius & sectæ ac sortis fo-
tent, quandam adstantium dicebat, magna ex-
clamans voce, trigesimum interfuisse cōcioni
(Caluinisticae) quæ paulo ante Crespij Laudu-
nēsum (inquit D. Faijus fol. 54.) fuerat habitat.

L 1 4

Ille

302 COLLATION. SACRAR.

Ille factum, quod omnes adstantes latebat,
minimè inficiatus, aliquem sibi socijsq; igno-
rum, sed viridi vestitu insignem illuc accel-
lis se suppressa voce, vt à paucis exaudiretur,
cùm adieciisset, quippe vobis (exclamat da-
mon) ipse illo cultu aderā. Hæc doctiss. Fanus
præses regius libro & loco nuper indicato.

Certè dum hæc recogito, inducor facilius
vt credam, & illas historias à vero non esse ali-
enas, quæ mihi à fide dignis pridem narratae
asserunt in VVaterlandia fuisse conciona-
ti Anabaptistico à quibusdā piis visum adita-
re, qui cornutum gereret hirtumque caput,
quale pictores nostri dæmonibus soleat in-
buere.

D. VVilhelmus Lindanus lib. I. de fugienda idolatria.
14. Demoniacos & Lunaticos apud Ghentiam Bel-
gianam & Amstelredam anno 1566. gemitis
tempore, quo Gœsij templo vastarum, fuisse à de-
monijs liberatos, miniruos spiritibus illis malignis,
circa turbas per Gœsios iam excitatos occupatis &
conspirantibus.

CAP. XXXVII.

Q Vando Theomachi Caluinista, per Bel-
gium Gœssæ dicti, anno 66. furore plu-
 quam satanicō has per prouincias Tempa-
 spoliabant, & SS. Imagines confiungebant,
 Dei altaria cuerteabant, sacra omnia sagib[us]
 concremabant, dæmoniacos aut lunaticos
 passim fuisse ad quoddam tempus liberatos,

"

RAR.
es latebat,
isq; signo-
luc acci-
audiretur,
lamat de-
stis. Fainus
indicato-
co facilius
on esse ali-
narrat
ncionate-
sum adda-
que caput,
solent in-
dii idoli se-
heclam Brab-
t. agenes et
suffe à de-
maligni-
ceptatis Or-
e, per Bel-
irote pluf.
s Templa
ingeant,
z ignibus
Junaticos
iberatos,
11

LIBER VII.

808

solito habuisse melius simul & moderatus
constat.

Quibus Belgium notum est, non ignorant,
quod Gheelam Brabantiae ad Sacrofancias D.
Dymnae reliquias, dæmoniacos singulari Dei
Optimi beneficio in hunc vsq; diem liberari,
nilsq; spiritibus obfessoribus & tortoribus
emancipari. Vnde illic semper magnus satis
pox est obfessorum numerus: qui diuinam
horas exspectantes clementiam, per aliquot
ut menses, aut annos ibi decumbunt. His co-
seruandis custodes sunt designati, qui ipsorum
sedulam curam die ac nocte gerunt, insanien-
tes comprimunt, effrocientes in ordinem re-
digunt: ringentes, frementes, mordentes, con-
spantes, verberantes compescunt. Harum o-
mnia molestarum Oceano sele illi, qui Ghe-
elam Brabantiae, & qui alibi obfessorum curam
gerunt, illa Goesiaci anni puta 66, æstate libe-
ratos fuisse glorianter.

Qui hisce fidem non habet, loca adeat, rem
vero non esse alienam deprehendet, dignissi-
mo ex actis publicis fuit mihi Amsterodamo
Illustri Hollandiae emporio transmissum, quod
habebat.

Anno 1566. pullulantibus Iconoclastarum
ictiis, quæ iam Antuerpiæ & alibi cœperant
los fructus in SS. Imagines per compita con-
tingendas edere, dæmones residerunt Amste-
rodami LX. amplius Orphanos 10. 32. 15. 17.
L 1 s anno.

304 COLLATION. SACRAR.
annorum pueros & puellas: & eos furibundos
per ciuitatem multis diebus egerunt, accusan-
tes optimas quasdam IV. aut V. & primas ci-
uitatis matronas eximiae sanctimoniaz, crimi-
ne maleficij quasi sagas. Plurimi ciues horum
clamori furibundo crediderunt. Hi per plateas
vagabundi gregatim discursantes nullis clau-
suris contineti potuerunt, nulla vi coherer-
nisi veniente praetore C L V. Petro Petru-
sio, & dante vni eorum minimum suum digi-
tum in manum, & iubente sequi, pacie-
quebantur omnes, sese mutuo brachis com-
plexantes & manibus trahentes, & ducen-
tur quo ille solebat. Vbi cum sufficiat quiete
vnum aut alterum diem, postea iterum furio-
re correpti erupuerunt vi, donec praetor iterum
veniret. Idque durauit paulo ante Pascha usq;
ad medium aestatis. Hae fuerunt praeludia
Goesismi: quo inuaescente rum denum pue-
ri sani sunt facti, dæmonibus videlicet egel-
fis, & alibi in Goesis exagitandis satis superq;
occupatis, quando tam insano furore anno
66. per Augustum Caluinistæ passim templa
Belgica diripuerunt, & SS. Imagines confe-
gerunt, concularunt, exusscrunt. Vnum mira-
bile addam, cum multi ex plebeis instant
apud praetorem, ut apprehenderetur & daret
poenas personæ ob maleficium acusatæ, Pra-
tor autem negaret diabolo credendum, vna
fuit omnium Catharina Ioannis honesta &

formosa circiter 17. annorum adducta, quæ
iam per dies duos aut tres, vt putabatur, sana
vita fuerat. Illam Prætor, cogente populo ro-
gauit, quid nunc sana diceret de sagis accusa-
nē? Respondit, Sagas esse, additis argumentis
inde sciri possit illas verè esse sagas, loca & li-
mina indicans vbi pharmace. Tum Prætor, per
Deum, inquit, & per regem, cuius sum mini-
ster indignus, iubeo, vt, an tu dæmon ades, &
per eam loqueris, id ostendas, è vestigio illa in-
terram prolapsa, & coram tota ciuium coro-
na inuercundissimè prouoluta exclamat: Ita,
inquit, adsum, & in maximo pedis digito in-
sido, cachinnans, & subsannando illudens,
quod haec tenus omnes adstantes mēdaciis de-
cepisset, ac innoxias matronas calumniis ve-
nisset. Haec tenus, qui rebus illis non modò te-
lus interfuit oculatus, sed gestorum etiā pars
magna fuit ipse C. L. V. D. Prætor Petrus Gne-
sus, cuius ex ore fuere nobis hæc concinnata.
Namurci Anno 78. die 4. Februarij.

D. Vilbel Lindanus lib. 1. de fugiendis idolis, ca. 15.
Quomodo Calvinistæ in Anglia & Cœsij in Belgio,
in confractione imaginum omnibus electis, solis dia-
boli & latronum imaginibus pepercérint. Ne vide-
lices par in parem imperium exercere, & satanas
satanam ejcere videretur.

C A P. X X X V I I I .

Narrant oculati testes, quando ciues Ley-
denses anno 72. monasterium D. Fran-
cisii

L 1 6

806 COLLATION. SACRA.
cisci extra Rheni portam in suburbano ame-
nissimo situm, excurrebant eversuti, fundi-
tusque abolituri, quendam vexilli loco ima-
ginem diaboli prælongo fixum hastili præ-
lisse, vt non obscurum esset spectatoribus ar-
gumentum, cuinam magistro suam illam pa-
uarent operam. Certè Caluinistas sacraum
imaginum osores, multò esse diaboli, quam
Christi imagini & quiores, locis non paucis te-
ipsa comprobarunt: vbi confractis Christi &
sanctorum imaginibus, soli Sathanæ imagi-
pepererunt, eam inuiolatam & intactam in
tempulis ac compitis relinquentes. In Anglia
dum Hispanus quidam templum illud angu-
stissimum D. Pauli Londinen. spectaret, huc
illuc oculos conuertens, nullam vidit imagi-
nem. Introgessus penitus, vnicam repen-
tegrā, quæ erat dēmonis, qui solet D. Michaelis
Archangeli pedibus, de more piis nostris
maioribus iam olim laudatissimo, in memo-
riam victoriae de illo cælis exturbato repor-
tata, substerni. Rei indignitate percitus, eda-
ctum gladium in diaboli infligēs' imaginem,
Apagēsis & tu isthinc inquit: tibi enim & cum
ceteris est migrandum? Quod Angli Calui-
nistæ imagini diaboli reverentiæ tribuebant:
hoc & Antuerpiæ in nobili suo illo SS. Ima-
ginum bello non solum duorum latronū ima-
ginibus, sed confractis impie atque dissipatis
Domini Christi & angelii, qui dextro pio la-
troni

non solet sociari, statuis, solum diaboli, qui
sinistro latroni animam impiam exhalanti ap-
ponitur, pepercerunt, quemadmodum hisce
oculis ipsi per dolenter vidimus. Quinetiam
vulgus falsè ad modum in illos lusit, dictas,
religiosos istos viros manus suo magistro &
fatuibus merito abstinuisse. Certe cum ad
meam anno 72. rediissem diœcesim, Geessarū
incursionibus perturbata, templi Rurēmūdæ
chorum perlustrans, vidi in altari summo, sub-
latis vniuersis, atq; tres per rogos exustis San-
ctorum imaginibus, solam imagunculā, quæ
diaboli follem gestantis specie, solet D. Geno-
ufex virginia appendi: quam ego rapide manu
impensis, humiliidens: Tu hiac, inquam, mi-
ga diabole, qui stare nō potes vnde veneran-
tas Domini tui Christi, & sanctorū eius ima-
gines tuos per sacrilegos satellites exturbasti.
Demoniacos & lunaticos qui diuino beneficio mul-
ti retro annis apud Gheelam Brabantie, ubi cor-
pus S. Dyxme requiescit, tādem liberari consue-
runt, eo die quo Martinus Lutherus defunctus est,
suis hospitibus ad horas aliquot exoneratos fuisse.

C A P. XXXIX.

Narravit mihi Ven. Dominus N. ætate,
doctrina, & vitæ sanctimonia commen-
datissimus, atque etiam uam superstes, eo ipso
die, quo nouis Euangelista Martinus Luthe-
rus defunctus est, vniuersos dæmoniacos, qui
id temporis ad Gheelam Brabantie spe libe-

L I 7 rationis,

rationis, quam apud corpus S. Dymnz, diu-
no beneficio plurimi iste iam inde à multis
retro annis consequi solent, aduedi erant, à
teterrimis illis & horrendis dæmonibus ho-
spitibus suis liberatos. Postridie vero ab istis
rursus obscessos & discruatios fuisse. Dæmo-
nes vero, cum interrogarentur vbi pridie deli-
tuissent, respondisse: Principem ipsorum, &
archidæmonem præcepisse, vt viuens spiritu
maligni ad sui prophetæ & fidelis coope-
rarij D. Martini Lutheri exsequias cōfluenter,
congruere enim, vt qui quām plurimos adin-
feros seduxisset, & quām plurimis ad eisdem
solemniter deduceretur.

Hanc historiam cùm in præsentia quorun-
dam honoratorū virorum referrem, quidam
magni principis Consiliarius subiunxit, se fu-
isse Islebij, in ædibus paternis Lutheri, in quib-
us & defunctus est, ibidemque paolo ante
mortem Lutheri, quendam Lutherò à multis
annis seruientem forte è fenestra cubiculi,
in quod id temporis erat Lutherus, fontem ri-
uulos suos grato murmure emanetem, volu-
isse conspicere, in cuius margine mox ille vi-
derit plurimos teterrimos cacoedones, hue
illuc saltitantes, quo visu cùm ille vehemen-
ter percelleretur, animoq[ue] & vultu totus
mutaretur, rogasse Lutherum palloris istius
& subite mutationis causam. Quām cùm ille
celaret, tandem resumpto spiritu, rursus pau-

lulum
nes te
mis ac
ne con-
flater,
ion vi
poli d
tembe
merab
trocit
intasse
fum
tum i
nanc
la, qu
veras
quam
miss
Fride
La
Lib
the
ne
Po
A
lam
gai
teris
liber

RAR.
nnæ, diui-
le à multis
di erant, à
onibus ho-
erò ab illis
le. Demo-
pridie deli-
plorum, &
iuersuspi-
elis coope-
kōfluerent,
imosa in-
ad colorem
ia quorun-
n, quidam
inxit, se fu-
ten, in qui-
paulò ante
rò a multis
cubicali,
fontem ri-
tem, volu-
no ille vi-
nones, hue
vehement-
altu totus
oris istius
i cum ille
tus pau-
lulum

LIBER VII.

809

lalam è fenestra prospexerit, ac denuò dæmo-
nes terribilibus teterrimarum bestiarum for-
mis adspiciens, maiori horrore ac trepidatio-
ne concussus sit. Cumque rursus Lutherus in-
flarer, ut quid vidisset, ediceret: tandem illum
in visam Luthero aperuisse. Qui cùm paulò
post defungeretur, & cadauer Illebio VVit-
tembergam vcheretur, toto illo itinere innu-
merabilem coruorum horrēdum in modum
trotitantium, multitudinem funus superuo-
lasse, ac VVittembergam vsque comitatum
suum præstissime. Atque hi procul dubio fue-
runt illi, (aiebat idem ille Consiliarius) qui
mandato principis & archidæmonis sui, va-
la, quæ prius occuparant, dimittentes, ad exse-
quias Martini Lutheri confluxerunt, ne quis
quam istorum tantis deesse videretur solem-
nitas.

Fridericus Staphylus in absoluta responsione contra
Iacobum Schmidelinum, pag. 404. & VVilhel-
Lindan. Dialogo 3. cap. 1. Dubitanij. Martinus Lu-
therus volens dæmonem exorcizare, ab ipso dæmo-
ne in summas angustias redigitur,

C A P. X L.

Possim ego redigere mihi in memoriam
Anno 1545. dæmoniacam quandam puel-
lam è Misniæ ditione adductam VVittember-
gam ad Lutherum easpe, quod Lutherus ceu-
terius Elias, puellam istam à malo dæmone
liberaturus esset. Quamuis autem Lutherus
ad

210 COLLATION. SACRAR.

ad hoc admirandum & magni momenti opus initio non parum difficultem se ostenderet, at tandem tamen iussit puellam duci in Parochianæ Ecclesiæ VVittenbergensis sacraij, illicque coram aliis plerisque doctoribus & eruditis viris (inter quos ego tum quoque iuuenis magister aderam) dæmonem cepit adiurare & exorcizare, sed id tamen mortuo, non eo, qui apud Catholicos recepimus & visitatus est. Cum autem diu multumque ille coniurasset dæmonem, cedere ille noluit, sed eas in angustias, sit venia verbo, Luthri caligas rededit, ut is quam primum è sacrais se proripere vellet. At quid accidit? Malignus ille dæmon usque adeò fores sacrarum obstruxerat, ut neque forinsecus, neque intinsecus appetiri possent. Quæ res Lutherum in maiores etiam angustias adduxit, ita ut iam ad senestram properaret, sperans per eam se posse effugere & exsilire. Verum obstabant illi cancelli ferrei: sicq; compulsus est vñā nobiscum tantisper inclusus hærere, donec per cancellos ferreos ab æditu nobis esset oblata securis, mihiique ceu iuueni viro tradita, vt ea fores effringerem: quod equidem tum contarussum, & ad effectum perduxi: Interea vero visa admirandum erat, vt Lutherus angoribus corruptus sursum deorsumque cursitaret, atque instar ouis parturientis hue illucque sele inviceret.

Maxi-

RAR.
menti opus
enderet, at
i in Paro-
lacraniū,
toribus &
quoque iu-
cepit ad-
mōtes suos,
pus & vi-
imique ille
noluit, sed
uthenticis
sacrae se
alignauit.
obstrux-
tinatus &
in maiores
n ad scena-
eposse es-
it illi can-
nobiscum
er cancell-
plata secu-
yo ea fo-
m conatus
verò visu-
ribus cor-
er, arque
te sele in-

LIBER VII.

811

Maximilianus I. Imperator, videt dæmonem corpo-
rali forma Martini Lutheri humeris insidentem in
Comitis Augustanis, prædictes se mortuo illū mul-
tas turbas in toto imperio excitatrum.

C A P. X L I.

CVM Maximianus eius nominis pri-
mus Imp. felic. recordat. Augusta Vin-
tlicorum anno 1518. Imperialia Comitia,
adēmī; ultima suæ Maiest. instituisset, ac pa-
tricibus valuis, vti moris est, præderet, ingre-
sus est cum multis aliis triclinium prandentis
Imperatoris Martinus Lutherus. Maximilia-
nus Imperat. visum Lutherum cùm exactius
paulò & diutius intueretur, tandem Baronem
et familiā Schenck de Erpach M. Suæ auli-
can & pincernam, alloquitur his verbis: Va-
te, & adspicias monachum à vertice capitū
vique ad plantam pedis, & à planta pedis us-
q[ue] ad verticem capitū diligēissimè, & quod
videtis referto. Baro Imperatori interrogant
respondit, se monachum cucullā restitutū vi-
disse, quid verò pectori & animo eius insedi-
set, videte non potuisse. Imperator rursus iis-
dem quibus antea verbis, mandat Baroni, mo-
nachum denuò collustrare. Baro, etiamsi ite-
rata vice adiret, refert se nihilo plusquam ans-
ta, videre posse. Imperator, phrasi sibi fami-
liari regerebat, Amore boni Dei, fac quæ iu-
bo. Baro obtemperans, vadensque & rediens,
tandem sermonem Imperatori (vti supra dis-
cetum)

Maxi-

212 COLLATION. SACR.

etum) interroganti, repetiit. Subiungit protinus Imperator: Si tu nihil vidisti nec vides, dicam tibi quid ego videam? Video cacodemonem forma corporea humeris istius monachii incubantem, & te quidem superstite, me vero defuncto, iste monachus, turbas, calamitates & miseras grauissimas in imperio coactabat. Hæc verba ex ore D. Maximiliani audiuntur quidam præcipuus Germaniæ Princeps factarius, cuius nomen consulto præterimus, qui ex ipso tempore mensæ Imperatoris cum aliis Principibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus adstitit. Iste vero Princeps hæc veraciter contigisse, filio suo retulit. Qui filius princeps & heres hæc omnia & singula duobus placidum, Electorum, Consiliariis, primariis, fide dignè recensuit, quem utrumque probenouimus, alter vero illorum adhuc superstes, hæc & voce & scripto nobis communicavit. Non absimile est, quod refert VVilhelmus Bibliothecarius, libr. 3. de gestis Anglorum: cum in extremis positum Episcopū Carnotensem libertum multi visitarent, & ædium capacitas vix confluentibus sufficeret, ille inter oppositas cateruas oculo longè conspicatus Berengarium, nisi quo valuit expellendum indicauit, protestatus, immanem dæmonem propè ipsum consistere, multosq; ad eum sequendum clamidente manu, & illice anhelitu corrumpere.

De puella dæmoniaca, qua Augustæ Vindelicorum

Lut-

RAR.
ingit proti-
ce vides, di-
cācōdēmo-
as monachi
te, me vero
calamitatis
conciabat
audiuimus qui-
eps secula-
nus, quicq-
s cum alii
is & Nobil-
es veraciter
us princeps
bus princ-
nariis, fide-
robē noui-
perstes, huc
cauit. Non
us Biblio-
tēcum in ex-
ensem ful-
n capiatis
ter oppositi-
is Berenga-
indicavit,
opē ipsum
dum blan-
rumpere.
indelicoram
Lube-

LIBER VII.

819

Lutheranæ doctrine præconibus ad exorcizandum
oblata, illa que nihil proficiens, tandem à Ca-
tholico Parochio liberata est.

C A P . X L I I .

Statuum, vt vocant, nunc Regiorum milium inuaderetur, miles quidam in Ecclesiæ, qui ibidem collegiata est, baptisterium impietate plusquam Copronymiana cacauit, qui paulo post hunc sacrilegum ausum, diuinitus oculorum lumine priuatus est: cūque vagis gressibus huc illucque oberraret, in hostes incidens captus est, atque ante ipsas valvas Ecclesiæ, quam impiè fœdauerat, laqueo suspensus. Percrebuit mox ea fama multorum fide dignorū sermone per totam ciuitatem Agrippinæ, quam & Canonicus quidam Kerpenstis diebus suo apud nos testimonio confirmavit.

Non quidem semper clemetissimus Deus pro

immensa sua misericordia & longanimitate

impius hereticorum & sacrilegorum conatus

extemplo vindicat, quādoque tamen in eius-

modi theomachos seuerè animaduerit, vt

paucorum exemplo alij terreantur, nec in per-

petuum diuitiis bonitatis cius abuantur.

De muliere Nouesiana heretica, qua plurimis amicis

templi ingressu abstinet, eò quod laquearia & co-

lumnae ex calce & lapidibus, (ut irridens Ecclesi-

siam distibutabat) confest&e essent, tandem Deo vio-

dice columnæ corrueente oppressa est.

CAP. XLV.

APUD ciuitatem Nouesium in ditione
Coloniensi, sitem est monasterium Ca-
nonicorum Regularium, quod hoc anno 1383,
quibusdam ex causis dirui cœptum est. Pratti-

bus if
transla-
dam, i
nis ab
tum a
alii E
debat
nes di
ce &
corru-
cum a
nīcor
proxī
Eccle-
tione
sibi d
petri
Eccle-
mon
diōr
mod
iam
tabu
num
dam
busc
inel
tuir
run
sean

AR.
militum
siae, que
mpietate
qui paulo
itus oca-
gis gressi-
incidentis
Ecclesia,
esus Per-
dignoru-
pindet,
nsis hinc
armavit.
Deus pro-
nimitate
conatus
i in cui-
vit, vt
ecia per-
eunt.
nis anni
ria co-
ns Feste
Deo via-
ditione
am Ca-
101583.
Fratti-
bus

LIBER. VII. 833

his istius loci in ipsum oppidum tuiori loco
translati. Erat autem in ciuitate mulier quæ-
dam, nouis dogmatibus infecta, plurimis an-
nis ab Ecclesiarum ingressu abstinentis. Quæ
sum aliquoties interrogaretur, cur non cum
aliis Ecclesiam ingredere tur: plerumq; respon-
sabat vsitatum illud apud prophanos homi-
nes dictum: Ecclesiæ columnas esse ex cal-
ce & lapidibus fabricatas, metuere se ne illæ
corrueant, in caput ipsius concidunt. Porro
cum monasterium illud Regularium Cano-
nicorum certis ex causis circa ferias Paschales
proximè elapsas dirueretur, mulier ista quæ
Ecclesiarum vastatione magis quam ædifica-
tione & cultu carum delectabatur, gratulata
sibi dicitur, quod diem illum vixerit, quo in
patra sua conspicere daretur demolitionem
Ecclesiæ. Itaq; festina progressa est ad locum
monasterij Regularium, visura ipsam destru-
ctionem, comitata ancilla & altera puella ad-
modum iuuenula. Cumque templum, quod
iam dirui cœptum erat, ipsa octaua Paschæ læ-
tabunda ingressa esset, dirutoque tecto, multa
nunc in eodem essent luxata; columna quæ-
dam ruinā minari cœpit, calce & lapillis qui-
busdam sensim decidētibus. Puella mulierem
inclamat, vt loco discedat, atque imminenti
ruine se subducat. Quod cum semel atque ite-
num moneretur, nec acquiesceret illa in præ-
sentem perniciem suam nūc securior, quæ
antea

334 COLLATION. SACRAR.

antea tot annis ad cuiusuis templi ingressum
vel vera, vel ficta, ut verisimilius est, formidine
trepidauerat, ecce subito ingens Ecclesiaz co-
lumna corruit, ipsamque mulierem inopina-
to quidem, sed diuino casu penitus pessundat
& conterit. Hęc cūm in frequenti honoratissi-
morum virorum cōfessu quidam insignis vir
narrasset, tandem & ex aliis, ac denique ex ipsius
monasterij (in quo res contigit) antistite venu-
sima cognoui. Sic videmus plerunque acide-
re, vt per quae quis peccat, per eadem enim
puniatur. Contempnit illa Ecclesiam, quia cal-
ce & caducis lapidibus compacta esset. Deus
Ecclesiaz suę vindex, permisit illam calce &
caducis lapidibus opprimi in intentum eius,
& exemplum ac terrorē aliorum, vt discant
homines prophani reuerentius sentire & lo-
qui de rebus diuinis & Ecclesiasticis.

*De funesto interiu exercitus Gæsci, in septimana
sancta carnibus vescenis & genio indulgenti.*

C A P. LV.

ANNO 1575. in septimana sancta, milites Co-
mitis Ludouici à Nassau contempta itli-
gione veteri, carnibus passim vescabantur, &
immodica lātitia efferebantur. Quocicet D.
Philippus Olmenus, (qui nobis materia belli
Liuonici consribendi olim suppeditauit) vir
multæ experientiæ, magnæ pietatis, animi sa-
gacis; resque futuras quandoque præsentien-
tis, feliciter in Domino defunctus. Parochum

verò i
caltris
tabat,
rent re
manis
tu è ce
Augub
to ac
Quod
sancta
lemin
subito
exerc
busq
pauci
ore ee
adsec
vora
Geth
rum
succi
moq
die,
ban
auft
sunt
Lue
Chr
inte
De

re id temporis agens in loco non valde à
tatis militum istorum remoto, suos confor-
tabat, ut sacrum Quadragesimæ tempus perge-
rat religiosè peragere: illos quidē diuinis hu-
manisque sanctionibus cōtemptis, nunc stre-
nūe comessari carnibus, vicitare & lætari, sed
ugubre & funestum Pascha habituros: se ve-
to ac suos fausto & felici Paschate gauisuros.
Quod & factum. Nam Catholicis post exactos
sanctæ Quadragesimæ labores, Paschalem so-
lemnitatem festiuis gaudiis celebratibus, ecce
subito feria 4. Pasca, vniuersus ille Ludouici
exercitus cum ipso Comite Ludouico, omni-
busque antesignanis cœsus & interfectus est,
paucissimis fuga saluatis. Adhuc escæ erant in
ore eorū, inquit Psalmista (*Psal. 77*) & ira Dei
ascendit super eos, & gladius Catholicorū de-
voravit carnes & carniuoros. Hanc strageni
Gethardus Candidus in appendice historia-
rum Belgicarum Ioannis Meierij his verbis
succincte, vt cætera omnia, annotauit. Deci-
moquarto, inquit, eiusdem mensis Aprilis
die, auxiliares copiæ, quæ Auraici vires nit-
ebantur firmare, in Ericero Mokensi, vulgo
auff der Moccer Heyden ab Hispanis fusiæ
sunt, & dissipatae, præcipui exercitus duces,
Ludouicus & Henricus Nassouij Comites, &
Christophorus Palatinus, nec inter viuos, nec
inter mortuos reperti.

*De Senatore Genevensi, qui cum supremi altaris la-
pidem*

336 COLLATION. SACRARI
pidem ad patibulis locum translatisset, ut dannati
in illo plecteretur, primus in eodem decollatus est.
CAP. LVI.

Exclusus est Antuerpiæ anno 1568. ab Emanuele Tronesio dialogus Passuantij & Pasquini idiomate Belgico, de vita & moribus Caluini, Vireti, Bezae, & aliorum, approbatuſ à Commissariis Regia Majestatis, in quo cum multa de artibus & strategematis istorum hominum retulisset author, (quigauibus de causis, in prologo commemoratis, nomen suum dissimulandum duxit,) tandem sub libelli finem, quædam recenseret digna memoratu. Ait enim, quendam ex Optimis Genevæ consilio & auctoritate sua obtinuisse, vt in basilica primaria D. Petro Apostolo consecrata, summi altaris lapis, (quem Innocentius III. & alij canonum authores mensam altaris vocant) loco moueretur, & in locum supplicij transferretur, vt dannati in eodem decollarentur, idque in contumeliam, & contemptum tremendorum mysteriorum. Contigisse vero deinde, vt idem ille quantumvis primarius Senator Genevensis, primus in eodem lapide capitali censura plecteretur, infat Aman, (Esther. 7.) qui suspensus est in patibulo, quod Mardochæo porauerat.

De matrona Genevensi, que Deiparam virginem & sacerdotis irridens, prolemque suam à sacerdote baptizari nolens, moriuam subvolvit exixa est.
CAP.

R Efcetur in eodem Dialogo, iam tertium excuso (vt author in p̄fatione scribit) quod, cum Pharellus & Viretus primum Generæ secretō concionarentur, & Catholicos in solemini quodam festo virginis Deiparae Processio cum SS. reliquiarum deportatio ne institueretur, matrona quædam primaria deiparam & sacerdotes irrisit, postridic trixa sit puerum mortuum. Quo viso, apertè suistram suam machinationem confessa sit, nimur se iam antea decreuisse, non permettere prolem suam à quoquam sacerdote baptizari, sicuti nec baptizata est.

De duobus viatoribus, quorum alter alterum cruce se signantem contra vim tempestatis, irridens, fulmine interiit.

S Vbiungitur & aliud in eodem Dialogo, memoratu dignum de duobus Geneua Lausannam cuntribus, cumque tempestas grauis ingrueret, cum tonitruo & fulgere arque alter illorum se signaculo S. crucis antiquissimo Christianorum ritu muniret, alter cum iridens, siccine, inquit, vis muscas à naso tuo abigere;) nam huiusmodi facetiis omnia sacra ludificantur;) & ecce protinus denuo cælum intonat, idemque ille irrisor fulmine percussus emoritur, altero isto cruce signato incolumente, qui mox rem gestam pertotantur.

338 COLLATION. SACRAR.

Geneuam diuulgauit. Ad omnē progressum,
inquit Tertullianus, atque promotum, ad om-
nem aditum & exitum, ad vestitum, & calce-
atum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubi-
lia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio ex-
ercent, frontem crucis signaculo terimus.
Ioan. Naclerus in Chronicis generat. 50. memorabile
*exemplum de triginta Iudeis in diuiniss. Euchari-
stiam sequentibus, Circa annum D. 1492. gaudiis
punitis.*

CAP. LIX.

Geaus hominum, calamitosissimum lu-
dxi, nouissimè anno salutis 1492. die 22.
mēsis Octob. in oppido Sternnebach, sub do-
minio Principum Magnopolensium, auxilio
Petri Sacerdotis, Eleazar Iudæus & complices
sui, Sacramentū Eucharistī diuinissimum per
hostias maiorem & minorem obtinentes, has
perforarunt, et crux illico prossiliij, quo lin-
teum prēcinctum rubore accepit. Quo mira-
culo territi, ad Petrum id deferunt. Principes
autem illustres Balthasar & Magnus statuerunt
comperta, cum vestigia vulnerum, quæ remā-
ferant cernerēt, Iudeos cremari fecerunt xxx.
numero. Petrus verò prēdictus sacerdos se illis
vendidisse confessus est, & quomodo post
puncturas Iudei Sacramentum cruentum &
panno inuolutum sibi restituerint, & quod,
suffoderit in terram, vbi eo indicante, inuen-
tum est crux conspersum, Sacerdos degrada-
tus.

tus ei incineratus fertur. In eodem autem loco
hodiè multa fiunt miracula.

Exscripto, Anno 1591. Vienne Austrie germanicè ty-
pi expresso, & in latinum conuerso, aliad non
dissimile, imò horribilius exemplum, de Indiis
aliquot multis, qui ob sacras hostias cultro ab ipsis
pancas, eodem anno Presburgi in Vngaria fulmine
taffi, vna cum domo, tribus tantum effugientibus
sum exusti, sacris hostijs ab igne non attactis.

C A P. L X.

A nno recuperatae salutis. M. D. XCI. ipsis
Callendis Septembribus Pragæ in Bohemia,
Iudæus quidam Leo nomine, multarum lin-
guarum, & in primis Hæbraicæ, Græcæ, & La-
tinæ peritissimus, ad fidem Christianam con-
uersus, ac Christum crucifixum verum Mes-
sim, humani generis redemptorem atq; ser-
vatorem confessus, sacrum baptismum suscep-
pit. Qui quidem iam professione Christianus
Praga in Minorum, ut vocant, monasterio, in
D. Petri Rodani se familiaritatem ingessit, cu-
ius munerus erat, ægrotantibus Christianis ex-
tremum & salutare corporis Christi porrigerere
viaticum: Quare diligenter attendens, quo lo-
co sacrae conderentur hostiæ, tres ex iisdem
charitè inuolutas furtim abripuit, atq; Presbur-
gum in Hungariam profectus, non sine prodi-
tionis suspicione, ad Iudæum quendam diuer-
tit. Interillos igitur quæstione aliquando de
Meſſiæ incarnatione, ac Venerabilis Sacra-
menti

340 COLLATION. SACRARI
menti mysterio orta, hospes ex Leone ecclēsiae
baptizato quārit, num aliquando sacram Eu-
charistiam inter Christianos connumeratus
sumperit? Qui quidem nou modo se aliquo-
tis eam sumplisse, sed etiam apud se reserua-
uatas tres hostias à Christianis consecratas ha-
bere, exposuit: ex quib⁹ hospiti suo duas nō in-
uitus relinques, ipse Nickosburgum profes-
sus Iudeis est, quibus hospes rei ordinem a-
peruit, visum, ut pluribus Iudeorum conuo-
catis, num aliqua Christianorum Sacramentis
& mysterijs fraus ac dolus inesset, palam pro-
baretur: Post multas consultationes intercon-
uocatos habitas, tandem, horret animus dice-
re, quidam ex ijs in hacce blasphemias voce-
rumpens: Si Christianorum Deus es, id signo
aliquo ostende, utramq; hostiam mensa im-
positā cultro apposito transfixit, ex qua quidē
punctura sanguis adeo copiosus per mensa ef-
fluxit, vt oēs in summam admiratione caperē-
tur, & attoniti starēt. Ob tā abominādū ex hor-
ribile facinus Deus grauissimē offēlus, domū
in qua flagitiū cōmissum, fulmine de celo teti-
git, ipsamq; vñā cū hospite, ipsius vxore, duobus
liberis, omnibusq; ceteris Iudeis, tribus tā-
tū effugiētibus, vindicē igne ita exultis; vt ta-
mē neq; mēsa, neq; hostiæ vlla incendi; indi-
cia darēt, p̄fectus vrbis, extra ciuitatis pome-
ria arcē p̄fīdio tenēs, tanto cōspecto incēdīo,
famulos ad idē restinguēdū mittēs, à ciuib⁹

RAR.
ne secesserat
acram Eu-
numeratus
se aliquo-
se referua-
reccatas ha-
dus nō in-
um profes-
ordinem a-
m conuo-
ceramentis
palem pro-
intercon-
imus dice-
nas voce-
s, id signo-
nentis im-
qua quidē
menē ef-
pē rapere
dū & hor-
is, domū
de celo teti-
xore, duo-
tribus tā-
uissit, ut ta-
endij indi-
atis pome-
o incēdio,
, à ciuibus
per

LIBER VII.

841

per eos dē rescuit in cēdij originē ignorari, nisi
quod in exustis ædibus Iudeos aliquot, ciui-
bus ignorātib' in quē furē, cōgregatos, omnes
exceptis tribus, igne consumptos constaret.

Qui periculo exemptos summa diligentia
conquirens ex comprehensis diu nihil exprimere
potuit: sed quia eosdem quæstionibus
temere nō desinebat, unus ex ijs, rem vt gesta
erat, sine suco aperuit. Hac narratione Præ-
fetus omnino territus, hosce tres Iudeos pa-
nit in carcerem coniici iubet, ac cū suis, qui
bus supplicij generibus tam sceleratos homi-
nes afficiat, deliberat. Tandem placuit, vt pri-
ma die viuis magna ex parte cutis detrahere-
tur, sequenti vero pedes in feruida pice coque-
rentur, ac tertia demum die palis perforati ad
regias vias alijs in exemplum exponerentur:
quod & eo modo ac ordine factum est.

Faxit Deus, vt huiusmodi exemplis Chri-
stianæ professionis homines hoc tam exulcera-
to sèculo moueātur, vt & pura conscientia hūc
animæ cibūm capit, & vitā & moribus cū ma-
xima animi gratitudine, summo honore affi-
ciat; ne, si cundem contēptim habeamus, inde
grauius damnamur, vnde non minimum sa-
lutis nostræ momentum dependere videtur.

R.D. Ioannes Dantius Ecclesiæ Resensis Decanus,
vir doctrina & pietate insignis, superioribus die-
bus ad nos perscripsit historiam in primis memora-
bilem, quæ tameis vnà cum precedentibus, atque
ea,

342 COLLATION. SACR.

periineant, non inconcinnè tamen, (quia bereinib
ea, quæ supra cap. 56. habetur, ad librum primam
acciderunt) huic libro eas inseri posse in gratiam
lectoris, existimauimus.

Epistola D. Ioannis Dantij, Decani Recepti
ad Bredenbachium

Salue in Christo præstantissime D. Do-
ctor, amice integerrime. Salve quantum
velis, & quoties R.T. recordor: recordor au-
tem ferè quotidie maxime cùm in oculos ma-
nusque incurruunt lucubrations seu paucis
optimi, seu vestræ. Ago semel immenas gra-
tias D. Doctori, quod haec tenus nihil quod
aliquid communicauerit suo Dantio. Lazarus
nunc & auditus exspecto miraculosas illas &
æterna memoria dignas, ex optimis quibusq;
scriptoribus collectas historias, quibus Deus
omnipotens sua sacrosancta mysteria, char-
simam matrem, &c. honorare, suisque electis
commendare dignatus est. Cötuli, aliquoties
de materiae præstantia & dignitate cum pio
sacerdote D. Iacobo Phirenio: qui non ita pri-
dem ostensis literis nostri Bredenbachij signi-
ficauit, illum peculiarem locum referuisse
τοῖς ωραλαπομίνεις. Itaque facere non potui,
quin R. T. insigne miraculum, & per Gel-
driam, Cluiam, Hollandiam, finitimosq; po-
pulos notissimum, quodq; ex paritiis Nouo-
magensibus apud Calcariam exsulantibus in-

fallibiliter cognouimus, de quo non minus dubitandum, quām de subitanæ morte Annae & Sapphiræ apud Lucam, cōmunicarem. Quod si tempestiū satis ad vos perferri contingat, & T. R. dignū iudicet, cui locus saltem tuncremus in opere concedatur, poterit illud T.R. quoad phrasin attinet, nonnihil mutare, & re eadem permanente suo stylo vestire. Nos nūm historiam ab ipso D. Antonio vernaculo sermone scriptam ad verbū propemodum in latinum conuertimus, idq; ex tempore. His paucis T. R. Christo Φιλαντρίπων æternum commendatam cupimus. Alias copiosius. Salutant te officiō frates vñā cum forore, V. le prædilecte D. Bredenbachi. Subito Ressæ, 17. die Iulij, anno M. D. LXXXIII.

Præst. R. T.

ad quæuis obsequia paratiss.
Io. Dantius E.R.D.

Memorabilis historia de quodam hæretero in SS. Eu-
charistiam blasphemо, eiusque horrendo interitu.

CAP. LXI.

A Nno Dominicæ Incarnationis 1561. an-
tequām Geusicus furor effrenatus crū-
peret, non minus horrendum quām memo-
rabile signum circa venerabilem Eucharistiā
edidit Deus Opt. Max. Nouiomagi ad VVa-
halim fluuium, quæ ciuitas in ducatu Geldrię
& antiquitate & populi frequentia & merci-
N n monijs

844 COLLATION. SACRA.

monii priuilegiisq; celeberrima est. Accidit
ibi feria secunda Paschæ (quæ tum incidit in
septimum diem Aprilis) circiter horam diei
nonam, vt sermone in Ecclesia Parochiali si-
mul & collegiata, quæ protomartyri Stephano
sacra est, absoluto, alter parochorum no-
mine Antonius Vorstius vnâ cum ædito seu
custode templi Ioanne Haeps accesseretur ad
ægrotantem mulierculam, quæ in solempni die
Dominicæ resurrectionis ob corporis inhe-
cillitatem in templo non communicârat. De-
cumbebat autē mulier in platea Regulanum,
sic dicta, quod via illa per fundum Canonico-
rum Regularium in ea vîbe commorantum
iam olim sit minuta. Potò in altiore vici pat-
te, prope Vallum oppidi taberna erat meti-
uersabantur viri duo iuuenes: vni Noviomag-
num patria erat, alteri Traiectum superius ad
Mosam. Vtroque ibidem tum ouum Pascha-
le, quod vacant, solito more elixum manibus
ostentante, certamen initut inter eos, idque
periculo hauriendi poculi cereuisiarij, vice
suum prius ouum glutire queat. Interim ad-
uentat pastor prædictus, cum Venerabili Sa-
nia commorantem refecturus. Audita per pla-
team nola, quæ præferebatur Eucharistia, al-
ter ille, qui Traiectensis erat, in contemptu
tremendi mysterij, audacter dixit ad sodalem

suum

rum, Ego ouum istud, quod manu teneo, ci-
tius diglutiuero, quām agrotans muliercula
Deastrum illum (teutonicē das gaedgen)
dixit, & protinus hians, ouum in os immisit
volens traicere illud per gulam. Sed ecce præ-
sentissimam Dei vindictam, qua præpeditus
nullo modo ouum transmittere potuit. Hæ-
rente autem illo in faucibus, cū miser ho-
mo se statim suffocatum iri, nec spem vitæ re-
liquam videret, oculis horribiliter contortis
conficit candelam sebaceam ex clavo pen-
dente. Arripit celerrimè sebaceum, & absq;
mora iniicit ori, cupiens conansque candelā
tali protrudere ouum, sed frustra. Nihil enim
aliud effecit, quām quodd sebo candelā in gut-
ture apud ouum relisto, ellychnium seu fila-
nuda retraxerit. Hic spe frustratus humi pro-
cumbit instar bouis maectati, memoria, lo-
quendiisque facultate omnino priuatus. Et su-
pinus iacens, fuliginosum & velut Aethiopi-
cum induit vultum: & gutture diuina yltione
confacto tristissimam efflat animam, Paro-
cho memorato cum sacrosancto illo pane cæ-
lia adstante. Is enim, simulatque infirmam com-
munionis participem fecisset, ex illa domo
iediens, audit miserabiles voces extaberna vi-
cina resonantes: horrore percussus introcur-
rit cum Venerabili Sacramento, rogat quid il-
lic sit negotij, audit ex ore præsentium rei ge-
stæ seriem, hominem diuinitus percussum vi-

N n 2 dec

846 COLLATION. SACRAR.

det humi palpitantem, & cum morte certantem, & paulò post exspirantis guttur fractum, ouo nunc instar tuberis intercutasei in altero colli latere, & non in faucibus residenti. Hæc ego ad verbum scribo ex ore ipsius Peruchi, Domini Antonij Vorstensis, qui apud Noviomagenses curam gessit animarum annis 26. & amplius magna cum laude, usque ad extremos furores Geusiorum, Parochus panier & Canonicus ibidem: in præsens autem ob variis diuini gratiam & bonitatem suam Catholicum Resensium gregi gratissimus pastor. Miraculum istud nulla vñquam obliuione obliterandum, non sermone tantum omnium scè Belgij habitatorum, verùm etiam publico carmine celebratur, quod ab omnipotente misericordia Dei profectum creditur, ad constabiliendam Catholice fidei veritatem, quo tempore grauissima imminebat persecutio.

De quodam Antuerpiensi in Ven. Patres Societatis IESV recenter vrbe electos contumelioso, cùm quo diuina yltione.

CAP. LXII.

Vix quidam doctrina & pietate spectabilis mus nuper Antwerpia ad nos percipsit, quod cùm Ven. Patres Societatis IESV è Collegio suo recenter istic antea erecto, factiosorum hominū opera eicti, vrbeque excedere iussi essent, totaque iam Collegii dominus vacua esset ac desolata, quidam Calvini-

sticæ

R.
certian-
actum,
in alte-
sidenti-
is Paro-
ud No-
nis 26.
d extre-
anier &
ob ver-
Catho-
or. Mi-
ne obli-
um fe-
publico
rente
ad con-
n, quo
mo.
societas
etiam quo

Nice factionis sectator in eam se proripuit, & colligati straminis fasciculum, (qui ædibus pestis contagio infectis appendi consuevit) è fenestra suspendit, in derisum & cōtumeliam. Parum, moxque alius quidam eiusdē factio-
nis, ostium pulsauit: alter verò qui fasciculum suspenderat, Quid, inquit, hic pulsas? vidēsne insigne pestilentie? vniuersi hic peste sunt sublati. Eodem die pestis domum istius irrigoris inuasit, cūm tamen ante nulla circumquaque esset pestis contagio.

De quibusdam factiosis, qui cūm sacris Litanis & fācerdotib⁹ insultassent, de quæ eorum exilio se-
cum diem agerent, dissimilam persenserunt vōlitionē.

C A P . X L I I I .

Circa idem tempus, cūm Antuerpiæ in pla-
tea cochlearia vulgò appellata, plerique
terum nouarum studiosi conuenissent, diem-
que festum agerent ob Patres Societatis IESV
r̄be submotos, ac pernā bene elixam in me-
diū plateæ adferentes, læti epularentur, ac
deinde ad choreas, & tripudia sese dederent,
ecce paulò pōst, istius plateæ habitatores tam
seua inuasit pestis, vt circiter 40. ea lue statim
extinguenterunt, inter quos & capitaneus, &
præcipui incolæ istius loci fuerūt. Idem quo-
que paucos ante menses, Catholicos scom-
matibus & dictarijs diuexārant, cūm iuxta an-
tiquissimum totius Ecclesiæ Catholicæ ritum,
in diebus Rogationum ab æde sacra D. Mi-

N n 3 chaclis

§48 COLLATION. SACRAR.
chaelis, ad basilicam Deiparæ Virginis sacras
Litaniae solemniter & religiosè peragerent.
Vtriusque facinoris impietatem, vna vltione
Deus vindicauit, vt qui antea dissimulando se
mitem & longanimem ostenderat, nunc vin-
dicando, se Deum vltionis declararet.
*De quodam haeretico in sacri eiusm[us] religionem &
tremendum sacrificium contumelioso, cimique su-
messo interito.*

CAP. LXIIII.

Contigit prope ciuitatem Hardervickum,
Catholicum quendam in die Cineris,
agere in diuersorio inter haereticos, qui cum
icenaculum sumerent, & Catholicum inua-
rent, vt cum ipsis ientaretur, isque antiqua ie-
junii religione ductus, renueret, illi hominem
dicterioris & contumeliis exceperunt, dictan-
tes, si sacram audisset, iam faciliorem fote ad
ientandum. Eus flagido quidam ex illis profili-
ens, Ego, inquit, operam hanc illi facile prefl-
ero, arreptumque orbem mensarium eleu-
auit in despectum tremendi sacrificij SS. Eu-
charistiae, moxque eleuata in altu brachia ob-
siguere, vt ad se reducere non posset, pauloq;
præcedenti historia à viris integerimis & fi-
de dignissimis ad nos perlata sunt.

*De quodam Precone Evangelico, in Ecclesia Cathol.
ceremonias & elevationem SS. Eucharistie con-
tumelioso, cimique vltione diuina.*

CAP.

A Nno Dominicæ Incarnationis 1578. Syl-
ueducis Brabantiae contigit (sicuti à viro
admodum fide digno, qui id temporis Sylue-
ducis fuit, accepimus,) ut quidam nouorum
dogmatum præco, in Ecclesia parochiali D. Pe-
tri Apostoli concionaretur, qui cum inter cæ-
tera eleuationem SS. Eucharistie miris cachin-
nis & contumelijs exagitaret, aliasque Catho-
licæ Ecclesiæ cæremonias effreni verborum
perulahtia proscindere, mox in ipso sugge-

stu, inter ipsa profanæ sermocinationis
ludibria, diuinitus morbo corripi-
tur, animamq[ue] non multò
post exhalat, & clam
à suis sepe-
litur.

N a 4 — COL.